Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

Collegii Societatis Jesu Monachii.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII IOSEPHI HIEROSOLYMITANI SACERDOTIS

Opera quæ extant, nempe

ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBRI XX. Sigismundo Gelenio interprete.
DE BELLO IVDAICO LIBRI VII. (interprete, vt vulgò creditum est, Rufino Aquileiensi) quibus Appendicis loco accessit liber De vita Iosephi.
ADVERSVS APIONEM LIBRI II. ex interpretatione Rufini à Gelenio emendata.
DE MACHABÆIS, seu de imperio rationis LIBER I. cum paraphrasi Erasmi Roterodami.

Quæ Græcolatina editio Græcorum Palatinæ Bibliothecæ manuscript. Codicum collatione castigatior facta est.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

AVRELIÆ ALLOBROGVM,
Excudebat Petrus de la Rouiere.
CIↃ IↃC XI.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI FRIDERICO V. COMITI PALATINO AD RHENVM, ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATVS HEREDI, Bauariæ Duci, &c.

Domino meo Clementißimo.

LAVII Ioſephi Helleniſtarum Iudæorum cùm eruditione, tum eloquentia facilè principis hiſtorica monumenta prælo meo excuſa, Princeps illuſtriſſime, ad T.C. humiliter adfero. Sicut enim ſcriptorum eſt quæ honeſta ſunt & ſeculis profutura literis prodere: ita & in immenſo aliorum ſuper alios aceruatorum librorum cumulo typographorum intereſt laudabiles & bonæ frugis ſcriptores in lucem mittere rediuiuos, & aduerſus Zoilos potentium patronorum tutelæ committere. multiplex verò mihi cauſa fuit cur ad T.C. noſter confugeret Ioſephus: namque primùm tota operis συγγραφία de rebus eſt quæ à Principe cognoſcantur digniſſimis; ipſa nempe Mundani Syſtematis diuina conſtitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Moſaica Legiſlatione, politia Hebraica, monarchiarum, quæ olim orbem rexerunt, imperio; & aliis, quæ quatuor millium annorum hiſtoriam implent autoris & eo nomine apud Principes gratioſi, quòd non ex infimis literatorum ſubſelliis ad hæc ſcribenda prodierit terræ filius; ſed ex regio Haſmonæorum ſanguine oriundus, & primaria ſacerdotum inter Iudæos familia, cùm in adoleſcentia ad miraculum vſque in literarum ſtudio profeciſſet, iuuentutem rebus gerendis & bello, quod cum Romanis geſſere Iudæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, conſilio & manu æquè promptus; ætate verò prouectiori otium Romæ nactus ea literis mandauit, quæ literarum cognitione & vſu didicerat, vir cæteroquin Imperatoribus Veſpaſiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptiſſimus. Verùm acceſſit & alia cauſa cur Ioſephum coram T.C. ſiſterem, beneficium quod tuæ C. debeo, ob manuſcriptorum tuæ electoralis Bibliothecæ codicum Ioſephi liberalem vſum, quem annuente primario noſtræ ætatis Philologo Iano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetrauit ſingulari ſua humanitate nobiliſſimus & eruditiſſimus IC^tus Marquardus Freherus tuæ C. Conſiliarius. Sed quia in hoc autore excudendo longiùs proceſſeram cùm membranas conſecutus ſum, & multi aſſidua interpellatione vt

quàm primùm Iosephum Græcè, publici iuris iterum facerem efflagitabant, quòd editionis Basilienſis quæ ante LXVII. annos vnica prodiit, nullum exemplar ſupereſſet; hortantibus ceſſi, quorumdam virorum doctorum notas, & varias lectiones eius qui manuſcripta excuſſit ſtudio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cùm itaque T. C. tuorúmque beneficio ſim adiutus C. T. patrocinio Ioſephum hiſtoricum Principe non indignum iure meritóque dedico, demiſsè rogans vt quemadmodum Titus Imperat. autorem libros ſuos περὶ ἀλώσεως offerentem benignè admiſit, probauit, & Bibliothecæ ſuæ inſeri iuſſit; ita Ioſephum noſtrum clementi vultu T. C. accipiat; & in ſua perinſigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria ſuppeditauit, vt emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipſe interim Deum Opt. Max. à quo eſt omnis antiſtatus in terris, ſupplex orabo vt det T. C. vitam prolixam, Principatum ſecurum, & quæcunque boni Principis vota ſunt.

Tuæ Celſitudinis ſeruus addictiſsimus

PETRVS ROVERIANVS

Typographus.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Α'.

FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAICO LIBER PRIMVS.

Interprete Rufino Aquileiensi, ad Graecum collati & emendati per Sigismundum Gelenium.

ΕΠΕΙΔΗ τὸν Ἰουδαίων πρὸς ῥωμαίους πόλεμον συσταντα μέγιστον, οὐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ δοκοῦν δὲ, καὶ ὧν ἀκοὴ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις, ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συῤῥαγέντων, οἱ μὲν οὐ δεδυνημένοι τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες, εἰκαῖα καὶ ἀσύμφωνα διηγήματα σοφιστικῶς ἀναγράφουσιν. οἱ δὲ παρόντες μὲν, ἢ κολακείᾳ τῇ πρὸς ῥωμαίους, ἢ μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους καταψεύδονται τῶν πραγμάτων, ἀλλαχοῦ δὲ αὐτοῖς ὅπου μὲν κατηγορίαι, ὅπου δὲ ἐγκώμιον τὰ συγγράμματα, τὸ δὲ ἀκριβὲς τῆς ἱστορίας οὐδαμοῦ, παρ' ἐμοῦ ἐγὼ τοῖς κατὰ τὸν ῥωμαίων ἡγεμονίαν, ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν, ἃ τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συντάξας αὐτόπτης παρέσχον, ἀφηγήσασθαι, Ἰώσηπος Ματθίου παῖς, γένει Ἑβραῖος, ἐξ Ἱεροσολύμων, ἱερεύς, αὐτός τε ῥωμαίοις πολεμήσας τὰ πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον ἀναγκασθεὶς ἐξ ἀνάγκης. γνωσθήσεται δὲ ὡς ἔφην μεγίστου τοῦδε τοῦ κινήματος, ἐν ῥωμαίοις μὲν ὅσα τὰ οἰκεῖα, Ἰουδαίων τε τὸ νικητήριον τότε, τεταραγμένοις ἐπανίσῃ τοῖς καιροῖς, ἀκμάζον κατά τε χεῖρα καὶ χρήμασιν, ἃς δὲ ἐπορθοῦντο χώρας, τοῖς μὲν, ἐν ἐλπίδι κτήσεως, τοῖς δὲ ἐν ἀφαιρέσεως δέει γίνεσθαι τὰ πρὸς τὸν ἀπόλεμον. ἐπῆλθε Ἰουδαίοις μὲν ἅπαν τὸ ὑπὲρ Εὐφράτου ὁμόφυλον ἡμῶν συνεπαρθήσεσθαι σφίσιν ἠλπισαν, ῥωμαίους δὲ οἵ τε γείτονες γαλάται παρακίνουν, καὶ τὸ κελτικὸν οὐκ ἠρέμει, μισεῖ δὲ ἓν πάντα θορύβων μὴ νέφος, καὶ πολλοὺς μὲν βασιλέας ὁ καιρὸς ἀνέπαυσε, τὰ στρατιωτικὰ δὲ ἤρεσε μεταβολῆς, ἐλπίδι λημμάτων. ἄτοπον οὖν ἡγησάμην παρεῖδεῖν πλάζομένου δὴ τηλικούτοις πράγμασι τὸν ἀληθῆ, καὶ πάρθους μὲν, καὶ βαβυλωνίους, ἀράβων τε τοὺς πορρωτάτω, καὶ τὸ ὑπὲρ Εὐφράτου ὁμόφυλον ἡμῶν, ἀδιαβλήτους τε γνόντα δίχα τῆς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς, ὅθεν τὸ ἦρξατο, καὶ δι' ὅσων ἐχώρησε παθῶν ὁ πόλεμος, καὶ ὅπως κατέστρεψεν, ἀγνοεῖν δὲ ἑλλήνας τοῦτο ῥωμαίων τοὺς μὴ ἐπιστρατευσαμένους, ἐντυγχάνοντας ἢ κολακείαις, ἢ πλάσμασι. καί τοι γε ἱστορίας αὐτὰς ἐπιγράφειν τολμῶσιν ἐν αἷς πρὸς

PROLOGVS.

VONIAM bellum, quod cum populo Romano gessêre Iudæi, omnium maximum, quæ nostra ætas vidit, quæque auditu percepimus, ciuitates cum ciuitatibus gentésve commisisse cum gentibus: quidam, non quòd rebus interfuerint, sed vana & incongrua narrantium sermones auribus colligentes, oratorum more perscribunt: qui verò præsto fuerunt, aut Romanorum obsequio, aut odio Iudæorum contra fidem rerum falsa confirmant: scriptis autem eorum partim accusatio, partim laudatio continetur: nusquam verò exacta fides reperitur historiæ: idcirco statui, quæ retro barbaris antea misi, patria lingua digesta, Græcè nunc his, qui Romano Imperio reguntur exponere, ego Iosephus Matathiæ filius Hebræus genere, sacerdos ex Hierosolymis: qui & initio cum Romanis conflixi, posteáque gestis, quia necessitas exegit, interfui. Nam cùm hoc, vt dixi, bellum grauissimum exortum est, Romanorum quidem populum domesticus motus habebat: Iudæorum autem, qui ætate validi, & ingenio turbulenti erant, manu simul ac pecunia vigêtes adeo temporibus insolenter abusi sunt, vt pro tumultus magnitudine, hos possidendarũ spes, illos amittendarum partium Orientis metus inuaderet. Quoniam Iudæi quidem cunctos etiam, qui trans Euphratem essent, gentiles suos, secum rebellaturos esse crediderant. Romanos autem & finitimi Galli irritabant: nec Germani quiescebant: dissensionúmque plena erant omnia post Neronem: & multi quidem temporum occasione Imperiũ affectabant: lucri autem cupidine exercitus rerũ nouandarũ cupidi erant. Iraq; indignum esse duxi, errantem in tãtis rebus dissimulari veritatem: & Parthos quidé, ac Babylonios, Arabúmq; remotissimos & vltra Euphratẽ gentis nostrę incolas, itémq; Adiabenos, mea diligẽtia verè cognoscere, vnde cœpisset bellũ, quantísque cladibus constituisset, quóve modo desiisset: Græcos verò & Romanorum aliqui, qui militiam secuti non essent, figmentis siue adulationibus captos, ista neſcire. Atqui historias audent eas inscribere, qui præter hoc (vt mihi quidem videtur) quòd

nihil sani referunt, etiam de proposito decidunt. Nam dum Romanos volunt magnos ostendere, Iudæorum res extenuant, & in humilitatem deiiciunt. Non autem intelligo, quónam pacto magni esse videantur, qui parua superauerint. Et neque longi temporis eos pudet, quo bellum tractum est: neque multitudinis Romanorum, quam in ea militia labor exercuit: neque ducum magnitudinis: quorum profecto gloria minuitur, si cùm multum pro Hierosolymis desudauerint, rebus per eos prosperè gestis aliquid derogetur. Nec tamen ego contentione Romanas res extollentium, gentiles meos amplificare decreui: sed facta quidem vtrorumque sine vllo mendacio prosequar: dicta verò de factis reponam, dolori atque affectioni meæ in deflendis patriæ cladibus indulgens. Nam quòd domesticis dissensionibus est euersa, & in templum sacrosanctum inuitas Romanorum manus atque ignem Iudæorum tyranni traxêre, testis est, qui eam vastauit, ipse Cæsar Titus: per omne bellum miseratus quidem populum, quod à seditiosis custodiretur: sæpè autem consultò differri passus ciuitatis excidium, protracto obsidionis spacio, dummodo belli pœniteret autores. Quod si quis me aduersus tyrannos corúmque latrocinium accusatoriè loqui putet, vel patriæ miseriis ingementem calumniari præter legem historiæ, dolori veniam tribuat. Ex omnibus enim, quæ Romano Imperio parent, solam nostram ciuitatem cõgit ad summum felicitatis fastigium euadere, eandémque in extremum miseriæ deiici. Denique omnium post condita secula res aduersas, si cum Iudæorum calamitatibus conferantur, superatum iri non ambigo. Et horum autor nullus externus est: vnde nec fieri potest, vt à quæstibus temperetur. Siquis autem durior misericordiæ sit iudex, res quidem tribuat historiæ, lamenta verò scriptori: quanquam meritò Græcorum disertos increpauerim, qui tantis rebus sua memoria gestis, quarum comparatione præterita olim bella exigua redduntur, iudices resident aliorum facundiæ detrahentes: quorum & si doctrinam superant, proposito vincuntur. Ipsi verò Assyriorum & Medorum gesta perscribunt, veluti minus rectè à scriptoribus antiquis fuerint exposita: cùm in scribendo tantum eorum viribus cedant, quãtum sententiæ. Erat enim vnicuique studium, quæ vidisset facta, conscribere: quoniam & interfuisset rebus gestis, & efficaciter quod promittebat, impleret: mentiríque apud scientes, inhonestum esse videretur. Enimverò noua quidem neque antè cognita memoriæ tradere, suíque temporis res commendare posteris, laude ac testimonio dignum est. Industrius autem habetur, non qui alienam dispositionem atque ordinem transfert, sed qui noua dicendo etiam corpus proprium conficit historiæ. Sed ego quidem sumptu ac labore maximo, qui cùm sim alienigena, Græcis simul & Romanis gestarum rerum memoriam repono. Ipsis autem indigenis, ad quæstum quidem ac lites, ora patent, linguæque solutæ sunt, ad historiam verò, in qua verum dicendum est, summáqi ope negotia colligenda sunt, obmutescũt:

τῷ μηδὲν ὑγιὲς δηλοῦν, καὶ τὸ σκοπεῖν δοκοῦσιν ἔμοιγε ἁμαρτάνειν. βούλονται γὰρ μεγάλους μὲν τοὺς ῥωμαίους ἀποδεικνύειν, καταβάλλουσι δὲ ἀεὶ τὰ ἰουδαίων, καὶ ταπεινοῦσιν, οὐχ ὁρῶσι δὲ πῶς ἂν εἶεν μεγάλοι δοκοῖεν, οἱ μικροὺς νενικηκότες. καὶ οὔτε τὸ μῆκος ἀνδρῶν τε πολέμου, οὔτε τὸ πλῆθος τῆς καμούσης ῥωμαίων στρατιᾶς, οὔτε τὸ μέγεθος τῶν στρατηγῶν, οἷς πολλὰ πρὸς τοὺς ἱεροσολύμοις ἱδρώσαντες, οἶμαι ταπεινουμένου τὸ καταγώμασιν αὐτοῖς ἀδοξοῦσιν. οὐ μὴν ἐγὼ τοῖς ἐπαίρουσι τὰ ῥωμαίων αὐτοφιλονεικῶν, αὔξειν τὰ τῶν ὁμοφύλων διέγνων, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα μετ' ἀκριβείας, ἑκατέρων διέξειμι, τοὺς δ' ὑπὲρ τοῖς πραγμασι λόγους ἀπαθημι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ πάθεσι δίδους ἱπολοφύρεσθαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορᾶς. ἔπρᾳδ αὐτῶν τάσις οἰκεία καθῆλε, καὶ τὰς ῥωμαίων χεῖρας ἀκούσας, καὶ τὸ πῦρ, ὑπὲρ τὸν ἅγιον ναὸν εἵλκυσαν οἱ ἰουδαίων τύραννοι, μάρτυς αὐτὸς ὁ πυρθήσας πᾶσι καῖσαρ ἐν παντὶ τῷ πολέμῳ, τὸν μὲν δῆμον ἐλεήσας ὑπὸ τῶν στασιαστῶν φερομένων, πολλάκις δὲ ἑκὼν τῶν ἄλλωσιν τῆς πόλεως ὑφηθέμενος, καὶ διδοὺς τῇ πολιορκίᾳ χρόνον, εἰς μετάνοιαν τῶν αἰτίων. εἰ δὲ τις ὅσα πρὸς τοὺς τυράννους, ἢ τὸ ληστρικὸν αὐτῶν κατηγορικῶς λέγομεν, ἢ τοῖς ἀτυχήμασι τῆς πατρίδος ὑπεύθυνος συκοφαντοῖη, διδότω συγγνώμην τῷ πάθει. πάλιν γὰρ ὑπὸ τῶν ῥωμαίους πασῶν, τῶν ἡμετέραν, ὑπὲρ πλεῖστον τὸ δυσδαιμονίας συμπεσεῖν προελθεῖν, καὶ πρὸς ἕκαστον συμφορᾶν αὖθις καταπεσεῖν. τὰ γοῦν πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα, πρὸς τὰ ἰουδαίων, πτῶσαι μοι δοκεῖ κατὰ σύγκρισιν, καὶ τούτων αἴτιος, οὐδεὶς ἀλλόφυλος, ὡς τὰ ἀμήχανον ὑὸν, ὀδυρμῶν ὑπερέχειν. εἰ δέ τις οἴκτου σπληρότερος ἐπὶ δίκαις, τὰ μὲν πραγματα τῇ ἱστορίᾳ προσκειέσθω, τὰς δ' ὀλοφύρσεις, τῷ γράφοντι. καὶ τοιγὰρ ὑπομήσαι μ' ἂν αὐτὸς δικαίως τοῖς ἑλλήνων λογίοις, οἳ τηλικοῦτον κατ' αὐτοὺς πραγμάτων γεγενημένων, ἃ κατὰ σύγκρισιν ἐλαχίστους ἀποδείκνυσι τοὺς πάλαι πολέμους, τούτων μὲν κάθυπτα κεῖται τῆς φιλοπονουμένοις ἐπηρεάζοντες, ὧν εἰ καὶ τῷ λόγῳ πλεονεκτοῦσι, λείπονται τῇ πραγμάτων. αὐτοὶ δὲ τὰ ἀσυνείων, ἢ τὰ μήδων συγγράφουσιν, ἅπερ ἦν καλῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων συγγραφίων ἀπηγγελμένα, καὶ τοι τοσούτῳ τῆς ἐκείνων ἠττῶνται δυνάμεως ἐν τῷ γράφειν, ὅσῳ καὶ τῆς γνώμης. τὰ γὰρ καθ' αὑτοὺς ἑκάστου ἕκαστος γράφειν, ὅπου καὶ τὸ ψεύδεσθαι τοῖς πράγμασιν, ἐποίει τὴν ἐπαγγελίαν ἐναργῆ, καὶ τὸ ψεύδεσθαι παρ' εἰδόσιν, αἰσχρὸν ἦν. πόθεν μοι μνήμη τὰ προϊστορημένα διδόναι, καὶ τὰ κατὰ τὸν ἴδιον χρόνον τοῖς μετ' αὐτὸν συνιοῦσιν, ἐπαίνου καὶ μαρτυρίας ἄξιον. φιλόπονος δὲ, οὐχ ὁ μεταποιῶν οἰκονομίαν καὶ τάξιν ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ὁ μετὰ τὰ καινὰ λέγων, καὶ τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας καταβυθίζων ἴδιον. κἀγὼ μὲν ἀναλώμασι καὶ πόνοις μεγίστοις ἀλλόφυλος ὤν, ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις τὰ μνήμια τῶν κατορθωμάτων ἀπαθημι. τοῖς δ' ἡμετέροις, πρὸς μὲν τὰ λήμματα, καὶ τὰς δίκας, κέχλευε δ' ἥδιστα τὸ στόμα, καὶ ἡ γλαφυρὰ λέξις, πρὸς δὲ τὴν ἱστορίαν εἴπερ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, καὶ μετὰ πολλοῦ πόνου τὰ πράγματα συλλέγειν, παρίμωντας παρὸ-

παρόντις τοῖς ἀσθενεστέροις, & μὴ γινώσκουσι τὰς φερο- A
ξεις τῶν ἡγεμόνων γράφειν. τιμάσθω δὴ παρ' ἡμῖν τὸ
τῆς ἱστορίας ἀληθὲς, ἐπεὶ παρ' ἕλλησιν ἀμελεῖται.
ἀρχαιολογῶν μὲν δὴ τὰ ἰουδαίων, τίνες τε ὄντες, καὶ ὅ-
πως ἀπανέστησαν αἰγυπτίων, χώραν τε ὅσην ἐπῆλθον
ἀλώμενοι, & πόσα ἐξ οὗ κατέλαβον, καὶ πῶς μετανέ-
στησαν, νῦν ἄκαιρον φήθην εἶ), καὶ ἄλλως φθειρῶν,
ἐπειδὴ καὶ ἰουδαίων πολλοὶ πρὸ ἐμοῦ, τὰ πρὸ τῶν ἐμῶν
συνετάξαντο μὴ ἀκριβείας, καὶ τινες ἑλλήνων B
σαφέστατα τῇ παρ' ἑαυτοῖς φωνῇ μεταβάλλοντες, οὐ πολὺ τῆς
ἀληθείας διήμαρτον. ὅπου δ' οἵ τε τούτων συγγραφεῖς
ἐπαύσαντο, καὶ οἱ ἡμέτεροι προφῆται, ἐκεῖθεν τὴν
ἀρχὴν ποιήσομαι τῆς συντάξεως. τούτων δὲ τὰ μὲν
κατ' ἐμαυτὸν πολέμου διεξοδικώτερον, καὶ μέθ' ὅσης
αὖ ἐξεργασίας δ' ὠώμην, δίειμι. τὰ δὲ προγενέ-
στερα τῆς ἐμῆς ἡλικίας ὑπερβαλὼν συντόμως. ὡς αὐτό-
χρως ὁ κλεῖθρις ὑπεφαίνε ἑλῶν κὴ κεράτος ἱεροσόλυ-
μα, καὶ κατασχὼν ἔτεσι ξ ἑπτὰ καὶ μησὶν ἕξ, ὑπὸ τῶν ἀσα- C
μωναίου παίδων ἐκβάλλεται τῆς χώρας. ἔπειθ' ὡς
οἱ τούτων ἔγγονοι περὶ τῆς βασιλείας διαστασιάσαν-
τες, εἵλκυσαν εἰς τὰ πράγματα ῥωμαίους, καὶ πομ-
πήιον. καὶ ὡς ἡρῴδης ὁ αἰπεάτρου κατέλυσε τὴν δυ-
νασείαν ἀσπὼν, ἐπαγαγὼν σόσιον. Ὅπως τε ὁ λαὸς,
μὴ τὴν ἡρῴδου τελευτὴν κατεσασίασαν, αὐγούσου
μὲν ῥωμαίων ἡγεμονεύοντος, κυιντιλλίου δὲ οὐάρου,
κὴ τὴν χώραν ὄντος. καὶ ὡς ἔτει δωδεκάτῳ τῆς νέ- D
ρωνος ἀρχῆς ὁ πόλεμος ἀνερράγη, τά τε συμβάντα κὴ
κίνδυνοι, καὶ ὅσα περὶ τὰς πρώτας ὁρμὰς ἐπῆλθον οἱ
ἰουδαῖοι τοῖς ὅπλοις.

Ὅπως τε τὰς περιοίκους ἐτειχίσαντο, καὶ ὡς τέρεν
θὴ τοῖς κείσου πρὸ αἰσιμασι δίσας περὶ τῆν ὅλων, οὐε-
σπασιανὸν ἐφίστησι τῷ πολέμῳ. κὴ ὡς ἔδοξε μὴ τὸ ὁρισ-
βυτέρου τῶν παίδων εἰς τὴν ἰουδαίων χώραν ἐκβα-
λεῖν, ὅση τε χερώνησος ῥωμαίων ς σπαῖ, καὶ ὅσοι σύμ-
μαχοι ἐκόμισαν εἰς ὅλιν τὴν γαλιλαίαν. & ὡς πρὸ E
πόλεων αὐτοῖς, αἳ μὲν ὁλοχειρὸς κὴ κὴ κεράτος, αἳ δὲ
δ' ὁμολογίας ἕλαβεν, ἔνθα δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς ῥω-
μαίων διατάξιας ἐν πολέμοις, κὴ τ' ἄσκησιν τῶν ταγμά-
των, τῆς τε γαλιλαίας ἐκπάσας τὰ διαστήματα, καὶ
τὴν φύσιν, κὴ τοὺς τῆς ἰουδαίας ὅρους, ἕν τε τῆς χώ-
ρας τὴν ἰδιότητα, λίμνας τε καὶ πηγὰς τὰς ἐν αὐτῇ,
κὴ τὰ περὶ ἑκάστην πόλιν πρὸ ἀλισκομένων πάθη, μετ'
ἀκριβείας ὡς εἶδον ἢ ἔπαθον, δίειμι. οὐδὲ γὰρ πρὸ ἐ-
μαυτοῦ τι συμφορῶν ἀποκρύψομαι, μάλλον γε περὶς
εἰδότας ἐρῶν.

Ἐπειδὴ ὡς ἤδη καμόντων ἰουδαίοις πρὸ πραγ-
μάτων, θάνατος μὲν νέρωνι, οὐεσπασιανὸς δὲ ὑπὸ
ἠρῳδιάνων ὁρμηθρίος, ὑπὸ τῆς ἡγεμονίας αἰ-
ρέλκεται. τά τε γλυκόμυρα περὶ ταύτης αὐτῷ ση-
μεῖα, καὶ τὰς ὑπὲρ ῥώμης καταβάσης, καὶ ὡς αὐτὸς
ὑπὸ τῶν ς σπασιανῶν ἄκων αὐτοκράτωρ ἀποδείκνυται.
καὶ ὡς τούτου ἀποχωρήσαντος ὑπὲρ διοικήσεως τῶν ὅ- G
λων εἰς τὴν αἰγυπτον, ἐσασιάσθη τὰ ἰουδαίων, ὅπως τε ἐπανέστησαν αὐτοῖς οἱ τέρεννοι, καὶ τὰς τού-
των πρὸς ἀλλήλους διαφοράς. κὴ ὡς ἀρὰς ὑπὸ τῆς αἰ-
γύπτου πᾶσος, δ' ὕστερον εἰς τὴν χώραν ἐκβαλεν. ὅ-
πως τε τὰς δυνάμεις, καὶ ὅπου συνήγαγε, καὶ ποσαπλῆς κὴ ὅπως ἐν τῇ ς άσεως ἡ πόλις διέκειτο περὶ-
τος αὐτῷ, προσβολάς τε ὅσας ἐποιήσατο, καὶ πόσα χώματα, προβόλους τε πρὸ τειχῶν, καὶ τὰ

conceſſa infirmioribus neque ſcientibus licentia ſcribendi res à principibus geſtas. Honoratur itaque apud nos hiſtoriæ veritas, quę à Græcis negligitur. Ab origine quidem Iudæos repetere, qui fuerint, quóve pacto ab Ægyptiis diſceſſerint, quáſque regiones errando peragrauerint, & quas vel quoties incoluerint, & quemadmodum inde migrauerint, neque huius eſſe temporis, & præterea ſupernacaneũ exiſtimaui: quoniam multi ante me Iudæorum de maioribus huius gentis veriſſima compoſuerunt: & nonnulli Græcorum, quæ illi ſcripſerant, patria voce proſecuti non multum à veritate deuiarunt: ex eo autem hiſtoriæ principium ſumam, quo ſcriptores eorum & prophetæ noſtri deſierunt. Et bellum quidem meis temporibus geſtum, latiùs quáque potuero diligentia referam: quæ verò ætate mea ſunt antiquiora, ſummatim breuitérque percurram. Quomodo Antiochus cognomento Epiphanes, deuicta penitus Hieroſolyma, cùm triennium ſéxque menſes eam tenuiſſet, ab Aſamoniæ filiis expulſus eſt. Deinde quòd eorum poſteri de regno diſſentientes, ad res ſuas occupandas popũlum Romanum Pompeiúmque traxerunt: quomodóque Herodes Antipatri filius eorum potentiæ finem fecerit, auxilio Soſij. Tum, quomodo Herode mortuo, plebis in eos orta ſeditio eſt, Auguſto quidem imperante Romanis, Quintilio autem Varo prouinciam obtinente. Quódque bellum anno duodecimo imperij Neronis eruperit: quámque multa per Ceſtium acciderint: quantáque ad primos impetus armis Iudæi peruaſerint: quóque modo accolas permunierint: & quòd Nero propter acceptas Ceſtij ductu clades ſummæ rei metuens, Veſpaſianum bello præpoſuerit: & quòd is cum maximo filiorum Iudæam intrauerit, quantúmque Romanorum exercitum ducens: quantáque manus auxiliorum per omnem cæſa fuerit Galilæam: & quòd eius ciuitatum quaſdam vi ceperit, alias deditione. Vbi etiam Romanorum in bello diſciplinam cutámque rerum, & vtriuſque Galilææ ſpatia, & naturam finéſque Iudææ, necnõ & peculiarem terræ qualitatem, lacúſque & fontes, captarúmque ciuitatum mala, cum fide ſicut vidi, aut pertuli, expediam. Nec etiam miſerias meas celauerim, cùm ſcientibus eas relaturus ſim. Deinde, quòd iam feſſis rebus Iudæorum, Nero quidem mortem obierit: Veſpaſianus autem in Hieroſolymam properans, imperij cauſa retractus ſit: quæque ſigna de hoc ei contigerint, Romæque mutationes: & quòd inuitus à militibus, Imperator declaratus ſit: & quòd eo diſponendæ reipublicæ gratia in Ægyptum digreſſo, Iudæorum ſtatus ſeditionibus agitatus ſit: quóque modo tyrannis ſuccubuerint, eorúmque inter ſe diſcordias mouerint. Et quòd ex Ægypto Titus reuerſus, bis Iudæorum fines ingreſſus ſit: quóque modo exercitum, & quo in loco congregauerit: vel qualiter, & quoties ciuitatem affecerit ipſo præſente ſeditio. Aggreſſus quoque numeroſos & quantos erexerit aggeres: triúmque murorum ambitum & magnitudinem, ſiue

mensuram, & munitionem ciuitatis: & fani templique dispositionem: ad hæc aræ spacium, mensuramque verissimè dicam: festorum quoque dierum mores aliquos, septémque lustrationes, & munia sacerdotum. Itémque pontificis vestes, sanctáque templi cuiusmodi fuerint, sine aliqua dissimulatione, vel adiectione memorabo. Narrabo deinde tyrannorum in suos gentiles crudelitatem, Romanorúmque in alienigenas humanitatem: quotiésque Titus, ciuitatem simul ac templum seruare cupiens, ad concordiæ fœdera dissidentes prouocauit. Disseram verò populi vulnera, & calamitates: quámque multa mala nunc bello, nunc seditionibus, nunc fame perpessi, postea capti sint. Nec verò, aut perfugarum clades, aut captiuorum supplicia prætermittam: vel quemadmodum templum inuito Cæsare conflagrauerit. quámque multæ opes sacræ flamma raptæ sint: ac totius, quæ reliqua erat, ciuitatis excidium: & quæ præcesserant portenta, atque prodigia, vel tyrannorum captiuitatem, vel qui seruitio abducti sunt, multitudinem: aut cui quisque fortunæ sit distributus: & quòd Romani quidem belli reliquias persecuti sunt, deuictorúmque munimina funditus eruerunt: Titus verò peragrata regione cuncta restituit. eiusdémque reditum in Italiam, ac triumphum. Hæc omnia septem libris comprehensa, adnixus ne vituperationem à rerum scientibus & qui bello interfuerunt sustineam, studiosis veritatis magis quàm voluptatis perscripsi. Narrandi autem initium faciam hoc ordine, quo capitula sunt digesta.

μέζω τούτων, τλεώ τε τῆς πόλεως ὀχυρότητα, καὶ τῷ ἱερῷ, καὶ τῷ ναοῦ τλῷ διάθεσιν. ἔτι δὲ καὶ τούτων καὶ τοῦ βωμοῦ τὰ μέτρα, πάντα μετ' ἀκριβείας. ἔθη τε ἑορτῶν εἶδα, καὶ τὰς ἐπὶ ἀγνείας, καὶ τὰς τῶν ἱερέων λειτουργίας. ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐσθῆτας τῶν ἱερέων, καὶ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ οἷον λέγω τοῦ ναοῦ τὸ ἅγιον, οὐδὲν οὔτε ἀποκρυπτόμενος, οὔτε προστιθεὶς τοῖς προφερομένοις. ἔστερται δὲ λέξειμι τλεώ τε τῆς τυραννίων πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ὠμότητα, καὶ τλεῦ ῥωμαίων φειδὼ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ὁσάκις ἦτος σῶσαι τλεῦ πόλιν, καὶ τὸν ναὸν ἐπιθυμῶν, ὅτι δίξιας τοὺς τασιάζοντας προὐκαλέσατο ἀγαγεῖν τὰ πάθη τοῦ δήμου, καὶ τὰς συμφορὰς, ὅσα τε ὑπὸ τοῦ πολέμου, καὶ ὅσα ὑπὸ τῆς τάσεως, καὶ ὅσα ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κακωθέντες ἐάλωσαν. παραλείψω δὲ οὐδὲ τὰς τῶν αὐτομόλων ἀτυχίας, οὐδὲ τὰς τῶν αἰχμαλώτων κολάσεις, ὅπως τε ὁ ναὸς ἄκοντος ἐνεπρήσθη καίσαρος, καὶ ὅσα τῶν ἱερῶν κειμηλίων ἐκ τοῦ πυρὸς ἥρπαγη, τλεώ τε τῆς ὅλης πόλεως ἅλωσιν, καὶ τὰ περὶ ταύτης σημεῖα, καὶ τέρατα, καὶ τλεῦ αἰχμαλωσίαν τῶν τυράννων, τῶν τε αἰδραποδισθέντων τὸ πλῆθος, καὶ ὡς ἰῶν ἕκαστοι τύχῃ διεπράθησαν. καὶ ὡς ῥωμαῖοι μὲν ἐπεξῆλθον τὰ λείψανα τοῦ πολέμου, καὶ τὰ ἐρύματα τῶν χωρίων κατέσκαψαν. πάντα δὲ πᾶσαν ἐπελθὼν τλεῦ χώραν κατεσήσατο, τλεώ τε ὑποστροφὴν αὖτε τλεῦ εἰς ἰταλίαν, καὶ τὸν θρίαμβον. ταῦτα πάντα βιβλίοις ἑπτὰ βιβλίοις, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τοῖς ἐπισταμένοις τὰ πράγματα, καὶ ἐπιτυγχάνοσι τῷ πολέμῳ καταλιπὼν, ἢ μέμψεως ἀφορμὴν, ἢ κατηγορίας τοῖς γε τὴν ἀλήθειαν ἀγαπῶσι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἡδονὴν, ἀέγραφα. ποιήσομαι δὲ ταύτης τῆς ἐξηγήσεως ἀρχὴν, ἣν ἂν τῶν κεφαλαίων ἐποιησάμην.

A

B

C

D

Cap. I. De vastatione Hierosolymæ ab Antiocho. Ant. lib. 12. cap. 6.

CVm potentes Iudæorum inter se dissiderent eo tempore, quo de tota Syria cum Ptolemæo Sexto Antiochus, qui Epiphanes dictus est, ambigebat (erat autem illis contentio de potentia, quòd honoratus quisque grauiter ferret similibus subiugari) Onias quidam è pontificibus postquàm præualuit, Tobiæ filios expulit ciuitate. Illi autem supplices ad Antiochum confugerunt, petentes vt ipsis ducibus in Iudæam irrumperet. Idque regi persuasum est, iampridem sic animato. Quare cum magnis militum copiis egressus & ciuitatem fortiter expugnatam capit, & maximam eorum multitudinem, quibus Ptolemæus carior erat, interfecit. Dataque passim militibus prædandi licentia, ipse & templum spoliauit, & quotidianæ religionis assiduitate per annos tres, sexq; menses inhibuit. Pontifex autem Onias effugit ad Ptolemæum: acceptóque ab eo in Heliopolitana præfectura solo, ibi oppidum condidit Hierosolymis simile, templúmq; ædificauit: de quibus iterum opportunè referemus. Veruntamen Antiocho neque præter spem deiecta ciuitas, neque populatio, neque tantæ cædes satis fuêre: sed intemperantia vitiorum, eorúmque memoria quæ in obsidione pertulerat, Iudæos cogere cœpit: vt abrogato more patrio, nec infantes suos circumciderent, porcósque

E

F

Ant. lib. 13. cap. 4.

Ant. lib. 12. cap. 7.

Στάσεως τοῖς δυνατοῖς ἰουδαίων ἐμπεσούσης, κεφ. καθ' ὃν καιρὸν ἀντίοχος ὁ κληθεὶς ἐπιφανὴς, διεφέρετο περὶ ὅλης συνείας πρὸς πτολεμαῖον τὸν ἔτον, ἦν φιλοτιμία δι' ἣν αὐτοῖς περὶ δυναστείας, ἑκάστου τῶν ἐν ἀξιώματι μὴ φέροντος τοῖς ὁμοίοις ὑποτάσσεσθαι, οὐσίας μὲν εἰς τῶν ἀρχιερέων ἐπεκράτησας, ἐξέβαλε τῆς πόλεως τοὺς υἱοὺς τωβία. οἱ δὲ καταφυγόντες πρὸς αὐτόχον, ἱκέτευσαν αὐτοῖς ἡγεμόνα χρήσασθαι, εἰς τλεῦ ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν. πειθέντας δὲ ὁ βασιλεὺς ὡρμημένῳ τάλλα, καὶ μετὰ πλείσης δυνάμεως αὖτε ὁρμήσας, τλεῦ τε πόλιν αἱρεῖ κατασκάπτει, καὶ πολύ τι πλῆθος τῶν πολεμίῳ προσηγόντων αἰσθλα. ταῖς τε ἁρπαγαῖς αὐτῶν ἐπαφεὶς τοὺς στρατιώτας, καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησε, καὶ τὸν ἐνδελεχισμὸν τῶν καθ' ἡμέραν ἐναγισμάτων ἔπαυσεν ἐπ' ἔτη ξία, καὶ μῆνας ἑξ. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ὀνίας πρὸς πτολεμαῖον ἀφυγὼν, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβὼν τόπον ἐν τῷ ἡλιοπολίτῃ νόμῳ, πολίχνιόν τε τοῖς ἱεροσολύμοις ἀπεικασμένον, καὶ ναὸν ἅπασιν ὁμοιον, ἐδείματο· περὶ οὗ αὖθις κατὰ χώραν δηλώσομεν. αὐτόχῳ γε μὲν, οὔτε τὸ παρ' ἐλπίδα κρατῆσαι τῆς πόλεως, οὔθ' αἱ φόνων, ἢ ὁ τοσοῦτος φόνος ἤρκεσεν. ὑπὸ δὲ ἀκρασίας παθῶν, καὶ κατὰ μικρὸν ὧν ἐδεῖτο τλεῦ πολιορκίαν ἐπιθεῖναι, ἠνάγκαζεν ἰουδαίους καταλύσαντας τὰ πάτρια, βρίφη τε αὐτῶν φυλάττειν ἀπερίτμητα, καὶ ὗς θύ-

ὑπὸ τὴν βωμὸν θεοὺς ἃ πάντες μὲν ἠπείθουν, ἐσφάττοντο δ' οἱ δοκιμώτατοι. ὁ δὲ βακχίδης ὁ παρεσκευασμένος ὑπ' αὐτοῦ φρούαρχος τῇ φυσικῇ θηριωδίᾳ τὰ ἀσεβῆ τῶν παραγγελμάτων τῇ ἀνομίᾳ οὐδὲν ἔλειπεν ὑπερβολὴν, καὶ κατ' ἄνδρα τοὺς ἀξιολόγους ἐκάκιζόν τε, καὶ κοινῇ καθ' ἡμέραν ἐδείκνυτο τῷ ὄχλῳ ὅλην ἀλώσεως τῇ πόλει μέχρι τῆς ὑπερβολῆς τῶν ἀδικημάτων τοὺς παρόντας εἰς ἀμυναν παρώξυνε. ματθίας δὲ υἱὸς ἀσαμωναίου τῶν ἱερέων εἷς, ἀπὸ κώμης μωδεὶν ὄνομα, συναγείρας μετὰ χειρὸς οἰκείας, πέντε γὰρ υἱεῖς ἦσαν αὐτῷ, κοπίσιν αἴρει τὸν βακχίδην. καὶ φυγὴν μὲν δείσας τὸ πλῆθος τῶν φρουρῶν εἰς τὰ ὄρη καταφεύγει. θορυβουμένων δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου πολλῶν αὐτῷ, αἰθαῤῥήσας, κάτεισι, καὶ συμβαλὼν μάχῃ, νικᾷ τοὺς αὐτόχου στρατηγούς, καὶ τῆς ἰουδαίας ἐξελαύνει. παρελθὼν δὲ ὑπὸ τῆς εὐθηνίας εἰς εὐνοσείαν, καὶ δι' ὃ τὸν ἀπαλλαγὴν τῶν ἀλλοφύλων ἀρξας τῶν σφετέρων ἐκάντων, τελευτᾷ ἰούδᾳ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν παίδων καταλιπὼν τὸν ἀρχὸν. ὁ δὲ, οὐδὲ γὰρ ἠρεμήσειν αὐτίοχον ὑπελάμβανε, τὰς τ' ὑπηκόους συνεκρότει δυνάμεις, καὶ πρὸς ῥωμαίους φιλίαν ἐποιήσατο φιλίαν, καὶ τὸν ἐπιφανῆ πάλιν εἰς τὸν χῶρον εἰσβαλόντα, μετὰ καρτερᾶς πληγῆς ἀπέκλινεν. ἀπὸ δὲ θερμοῦ τοῦ καταπτώματος, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν ἐν τῇ πόλει φρουρὸν, οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο, καὶ ἐμβαλὼν ἀπὸ τῆς ἄνω πόλεως, συνωθεῖ τοὺς στρατιώτας εἰς τὸν κάτω. τοῦτο δὲ τοῦ ἄστεως τὸ μέρος, ἄκρα κέκληται. κυκλώσας δὲ τὸ ἱερὸν, τόν τε χῶρον ἐκάθηρε πάντα, καὶ περιετείχισε, καὶ τὰ πρὸς τὰς λειτουργίας σκεύη καινὰ κατασκευάσας, εἰς τὸν ναὸν εἰσήνεγκεν, ὡς τῶν προτέρων μεμιασμένων, βωμόν τε ᾠκοδόμησεν ἕτερον, καὶ τῶν σφαγισμῶν ἤρξατο. λαμβανούσης δὲ ἀρτὶ τὸ ἱερὸν κατάστημα τῆς πόλεως τελευτᾷ μὲν αὐτίοχος. κληρονόμος δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς πρὸς ἰουδαίους ἀπεχθείας, ὁ υἱὸς αὐτίοχος γίνεται. συναγαγὼν οὖν πεζὰν μυριάδας πέντε, ἱππεῖς δὲ εἰς πενταχιλίους, ἐλέφαντας δὲ ὀγδοήκοντα, ἐμβάλλει διὰ τῆς ἰουδαίας εἰς τὸν ὀρεινὸν. βηθσουρὸν μὲν οὖν πολίχνιον αἱρεῖ, κατὰ δὲ τὸν τόπον ὃς καλεῖται βηθζαχαρείας, στενῆς οὔσης τῆς παρόδου ἰούδας ὑπέστησε κατὰ τῆς δυνάμεως. πρὶν δὲ συνάψαι τὰς φάλαγγας, ἐλεάζαρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, περιϊδὼν τὸν ὑψηλότατον τῶν ἐλεφάντων, πύργῳ τε μεγάλῳ, καὶ περιχρύσοις περιτειχίσμασι κεκοσμημένον, ὑπολαβὼν εἶναι αὐτοῦ τὸν αὐτίοχον εἶναι, τῷ τε ἰδίῳ ἐπέρρωσε πολὺ, καὶ δι' ἀνάγκης τὸ σῶμα τοῦ πολεμίων, ὅπῃ τὸν ἐλέφαντα διώρυσσεν. ἐφικέσθαι μὲν οὖν τοῦ δοκοῦντος εἶναι βασιλέως, οὐχ οἷός τε ἦν διὰ τὸ ὕψος. ὁ δὲ τὸ θηρίον ὑπὸ τὴν γαστέρα πλήξας, διηκόντισεν ἑαυτὸν, καὶ συνέβησε ἐπ' αὐτόν, μηδὲν πλέον δράσας τοῦ μεγάλοις ὀπτασίαν, θείῳ δικαίας ἐν δυτέρῳ τὸ ζῷον. ὁ γὰρ ἐλεάζαρος τὸν ἐλέφαντα, ἰδιώτης ὤν, καὶ εἰ συνίδοι δι' ὅ τι τὸν αὐτίοχον, οὐδὲν πλέον ἤνυσεν ἂν ὁ τολμήσας, τῷ δοκεῖν ἐπ' ἐλπίδι μόνῃ λαμπρᾶς καθορθώματος, ἐλέσθαι τὸν θάνατον. γίνεται δὲ καὶ κλῆσιν τοῦ ἀδελφοῦ ἡ ὅλης θεραπείας. καρτερᾶς μὲν γὰρ ἰουδαίοις καὶ μέχρι πολλοῦ διηγωνίσαντο,

super aram immolarent. quibus omnes quidem aduersabantur; optimus verò quisque propterea crucidabatur. Et Bacchides præsidiis ab Antiocho præpositus, ad naturalem crudelitatem suam præceptis impiis obsecundans, omnimodam iniquitatem excessit, cùm & singulatim viros honorabiles verberaret, & communiter quotidie speciem captæ vrbis exhiberet: donec eos atrocitate incommodorum, qui ea patiebantur, ad vindictæ audaciam irritauit.

Denique Matthatias Asamonæi filius, vnus ex sacerdotibus, ex vico cui nomen Modin est, cum manu domestica (nam quinque filios habebat) sicis armatus Bacchidem occidit: & statim quidem præsidiorum multitudinem veritus, in montes refugit. Multis verò ex populo sibi sociatis, recepta fiducia descendit: commissóque prælio, superatos duces Antiochi ex Iudææ finibus exegit. Secundis autem rebus potentiam nactus, suisque volentibus, quod ab alienigenis eos liberasset, imperans, moritur relicto Iudæ principatu, qui filiorum suorum natu maximus erat. Ille autem (nec enim cessaturum existimabat Antiochum) & indigenarum conflauit exercitum, & cum Romanis primus amicitiam pepigit: Antiochúmque Epiphanem iterum in fines suos ingredientem vehementissima percussum plaga repressit. Adhuc autem feruente victoria, in præsidia ciuitatis impetum fecit: necdum enim cæsa fuerant: habitóque conflictu, milites de superiori ciuitate, quæ pars sacra dicitur, ad inferiorem compellit. Fano autem potitus, & locum purgauit omnem, muróque cinxit: & vasa noua diuinis rebus curandis fabricata, in templum intulit; veluti prioribus profanatis: aramque aliam ædificauit, & religionibus dedit initium. Sacro autem ritu vix ciuitati reddito, moritur Antiochus: Regni autem eius, & in Iudæos odij filius Antiochus hæres existit. quare coactis peditum millibus L. equitum autem propè V. millibus, LXXX. verò elephantis, montana Iudææ per partes aggreditur. & Bethsuram quidem oppidum capit. in loco verò cui Bethzachariæ nomen est, qua transitus erat angustior, Iudas cum suis copiis occurrit. & priùs quàm congrederentur agmina, Eleazarus frater eius, prospecto præter alios excelso elephante, turrique maxima & munimentis aurei ornato, illic Antiochum esse ratus à suis procul excurrit, ruptáque hostili acie ad elephantum vsque peruenit. sed illum quidem quem regem esse opinabatur, contingere, quòd multum supereminèret, minimè potuit. beluam verò in aluo percussam super se deiecit, & obtritus interiit: nulla alia re gesta nisi quòd magnum opus aggressus, vitam gloriæ posthabuit. qui tamen regebat elephantum priuatus erat. & si casu in eo fuisset Antiochus; nihil plus Eleazaro præstitisset audacia, quàm vt sola spe præclari facinoris mortem videretur optasse. hoc autem fratri eius totius prælij præsagium fuit. nam fortiter quidem Iudæi diúque decertarunt:

Ant. lib. 12. cap. 7. 8.

Ant. lib. 12. cap. 14. 15.

sed à regiis secunda fortuna vsis, numeróque præstantibus superati sunt: multísque interfectis Iudas cum cæteris in Gophniticam toparchiam refugit. Antiochus autem ad Hierosolymam profectus, ibíque dies paucos commoratus, penuria vtensilium abstitit: relicto quidem ibi præsidio, quantum satis esse arbitrabatur: cætera verò multitudine ad hyemandum deducta in Syriam. discessu autem regis Iudas non quiescebat, sed accessione multorum suæ gentis animatus, aggregatis etiam quos ex prælio receperat, apud vicum Adasa cum Antiochi ducibus congreditur: factísque fortibus in prælio cognitus, multis hostibus interfectis occubuit. & in diebus paucis frater eius Ioannes occiditur, insidiis eorum captus, qui cum Antiocho sentiebant.

Ant. lib. 12. cap. 18.

A πλήθει δὲ ὑπερέχοντες οἱ βασιλικοὶ, καὶ δεξιᾷ χρησάμενοι τύχῃ, κρατοῦσι. καὶ πολλῶν ἀναιρεθέντων τοὺς λοιποὺς ἔχων Ἰούδας, εἰς τὴν Γοφνιτικὴν ἐπαρχίαν φεύγει. Ἀντίοχος δὲ παρελθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ καθίσας ὀλίγας ἡμέρας ἐν αὐτῇ, κατὰ ἀπάνην τῆς ἐπιτηδείων ἀπανίσταται, καταλιπὼν ἱκανὴν φρουρὰν, ὅσην ὑπολάμβανε, τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἀπαγαγὼν, χειμερεύουσαν εἰς τὴν Συρίαν. πρὸς δὲ τὴν ὑποχώρησιν τοῦ βασιλέως, Ἰούδας οὐκ ἠρέμει. προσγινομένων δ' ἐκ τοῦ ἔθνους πολλῶν, καὶ τοὺς ἐκ τῆς μάχης ὑπομνησάντας, κατὰ κώμην ἀναδόσεων συμβάλλῃ τοῖς ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦς, καὶ φανεὶς ἄριστος ἐν τῇ μάχῃ, πολλοὺς τε τῶν πολεμίων ἀπέκτεινας, ἀναιρεῖ. καὶ μὴν ἡμέρας ὀλίγας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωάννης ὑπὸ Γαβαλδαίων ἐπὶ τοῦ ἀπόλου φερομένων.

Ant. lib. 12. cap. 18.

CAP. II. De successoribus principum à Ionatha vsque ad Aristobulum.

CVm autem successisset ei frater Ionathas, & in aliis quæ ad indigenas pertinerent, cautiùs se ageret, suámque potentiam Romanorum amicitia corroboraret, Antiochi quidem filio reconciliatur. non tamen horum ei quicquam profuit ad depellendum periculum. Namque Tryphon tyrannus, Antiochi quidem filij tutor, sed insidiis eum captans, & præter hoc amicis nudare cupiens, Ionathan cùm ad Antiochum paucis comitatus Ptolemaida venisset, dolo comprehendit. eóque vincto contra Iudæam mouit exercitum. vnde repulsus à Simone Ionathæ fratre, quódque ab eo superatus esset, iratus eundem Ionathan interfecit. Simon autem forriter regendis rebus intentus, Zara quidem & Ioppen, & Iamniam capit. Euertit autem & Accaron subactis præsidiis: aduersúsque Tryphonem Antiocho auxilium præbuit, qui Doram ante expeditionem quam in Medos fecit obsidebat. Sed regis auiditatem satiare non potuit, quamuis neci Tryphonis suam quoq; operam adhibuisset. Non multo enim post Antiochus Cendebeum ex ducibus suis ad vastandam Iudæam opprimendúmque seruitio Simonem cum exercitu misit. Ille autem, quanquam senior erat, bellum tamen iuueniliter administrabat: & filios quidem suos cum validissimis præmisit, parte verò multitudinis comitatus alio latere aggreditur: multísque per multa loca insidiis etiam in montana dispositis, in omnibus superat, clarissimáque potitus victoria, pontifex declaratur: & ducentos septuaginta post annos Iudæos liberat à dominatione Macedonum. Sed & ipse periit in conuiuio, captus insidiis Ptolemæi generi sui: qui eius coniuge, duobúsque filiis in custodiam conclusis, certos misit, vt Ioannem tertium, cui etiam Hyrcanus nomen fuit, interficerent. Cognito autem impetu, qui parabatur, adolescens ad ciuitatem properabat, multo populo fretus, & propter memoriam paternæ virtutis, & quòd iniquitas Ptolemæi cunctis esset inuisa. voluit autem Ptolemæus etiam alia porta ingredi ciuitatem, sed à populo reiectus est, qui maturiùs Hyrcanũ susceperat.

Ant. lib. 13. cap. 1.

Ant. lib. 13. cap. 3.

Ant. lib. 13. cap. 14.

C

Διαδεξάμενος δὲ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς Ἰωνάθης, Κεφ. β'.
τά τε ἄλλα πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους, καὶ ὡς φυλακῆς ἦν αὐτὸν, καὶ τῇ πρὸς Ῥωμαίους φιλίᾳ τὴν ἀρχὴν ἐκρατύνατο. πρός τε τὸν αὐτόχου παῖδα ἐφιλανθρώπησατο. οὐ μὴν τι τούτων ἤρκεσεν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν. ζύφων γὰρ ὁ τύραννος ἐπίτροπος μὲν ὢν τοῦ αὐτόχου παιδὸς, ἐπιβουλεύων δ' αὐτῷ καὶ φοβούμενος, ἥκοντα τὸν Ἰωνάθην σὺν ὀλίγοις εἰς Πτολεμαΐδα πρὸς αὐτόχον, δόλῳ συλλαμβάνει, καὶ δήσας, ἐπὶ Ἰουδαίαν στρατεύει. εἶτ' ἀπολαβὼν ὑπὸ τοῦ σίμωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Ἰωνάθου, καὶ πρὸς τὴν ἧτταν ὠργισμένος, κτείνει τὸν Ἰωνάθην. σίμων δ' ἡγεμονικῶς ἀφηγούμενος τῆς στρατιᾶς, αἱρεῖ μὲν Γαζαρά τε καὶ Ἰόππην, καὶ Ἰάμνιαν τὴν προσοίκων, κατέσκαψε δὲ καὶ τὴν ἄκραν τῆς φρουρᾶς κρατήσας. αὖθις δ' ἥττηται καὶ αὐτόχῳ συμμαχῶν κατὰ ζύφωνος, ὃν ἐν δίψει πρὸ τῆς ἐπὶ μήδους στρατιᾶς, ἐπολιόρκει. ἀλλ' οὐκ ἐδυσώπησε τὴν τοῦ βασιλέως πλεονεξίαν συνεξελὼν ζύφωνα. μετ' οὐ πολὺ γὰρ αὐτόχος κινδυνεύων τὸν αὐτῷ στρατηγήματα δυνάμεως δηώσαντα τὴν Ἰουδαίαν ἀπέπεμψε, καὶ καταδουλωσόμενον σίμωνα. ὁ δὲ καὶ τὰ γηραιὸς ὢν, νεανικώτερον ἀφηνιάσατο τοῦ πολέμου, τοὺς μὲν τοῦ ἰδίους ἐπ' αὐτὸν μετὰ τῶν ἐρρωμενεστάτων στρατηγήσας, αὐτὸς δ' μοίρᾳ τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν, ἐπῆει κατ' ἄλλο μέρος. πολλοὺς δὲ πολλαχοῦ κἀν τοῖς ὄρεσι στρατοχήσας, πάσας κατέτεινε τὰς ἐπιβουλάς. καὶ νικήσας λαμπρῶς, ἀρχιερεὺς ἀποδείκνυται, καὶ τῆς τῶν μακεδόνων ὑπηκοΐας, μετὰ ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, Ἰουδαίους ἀπαλλάττει. θνήσκει δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ βουλευθεὶς ἐν συμποσίῳ ὑπὸ πτολεμαίου τοῦ γαμβροῦ, ὃς αὐτοῦ τήν τε γυναῖκα, καὶ τοὺς δύο παῖδας ἐν φυλακῇ ἔχει, ὑπὸ τὸν τρίτον Ἰωάννην, ὃς καὶ ὑρκανὸς ἐκαλεῖτο, τοὺς ἀναιρήσοντας ἐπεμψε. φθάνουσι δὲ τὴν ἔφοδον ὁ νεανίσκος προαγγεῖλαι εἰς τὴν πόλιν ἐπύθοντο, πλέον τοῦ λαοῦ πεποιθὼς, κατά τε μῆνιν τοῦ πατρὸς κατορθωμάτων, καὶ μῖσος τῆς πτολεμαίου δολιότητος. ὥρμησε δὲ καὶ πτολεμαῖος εἰσελθεῖν καθ' ἑτέραν πύλην, ἐξωσθεὶς δὲ μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου παχέως διωκόμενος ἤδη τὸν ὑρκανόν.

ζῷ ὁ

καὶ ὁ μὲν, ὥσπερ ἐλέχθη μικρὸν ἔμπροσθεν, ὅτι τὴν ὑπὲρ Ἱερειχοῦντος ἐρυμάτων, ὃ Δαγὼν καλεῖται, κωμασάμενος δὲ τὸν παρόντα ἀρχιερωσύνῃ ὑρκανὸς, καὶ θύσας τῷ θεῷ, μετὰ τάχους ὅτι πολεμαῖον ὥρμησε πεμφθήσεσθαι τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς. προσβαλὼν δὲ τῷ φρουρίῳ, τὰ μὲν ἄλλα κρείττων ἦν, πλὴν τὸν δικαίου πάθους. ὁ γὰρ πολεμαῖος ὁπότε καταπονοῖτο τὸν τε μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ προσιόντων ὅτι τὸ τείχους εἰς δυσωπούμενον ἠνίζετο, καὶ δάκρυσιν εἰ μὴ θᾶττον ἀπαναστὰς διωκεῖλει. πρὸς δὲ τὸν μὲν ὑρκανὸν ὀργῆς πλείων οἴκτος εἰσῆει, καὶ δίκη. ἡ δὲ μήτηρ, οὐδὲν οὔτε πρὸς τὰς αἰτίας, οὔτε πρὸς τὸν ἀπειλούμενον αὐτῇ θάνατον ἐνδιδοῦσα, χεῖρας ὤρεγε, καὶ καταπτύσει τὸν παῖδα. μὴ πρὸς τοῦ αὐτῆς ὕβρει δυσκλεᾶ σύτα, φείσασθαι τῶν δυσσεβοῦς, ὡς αὐτῇ γε κρείττονα τὸν ἐκ πολεμαίου θάνατον ἀθανασίας ἕξει, διδόντος δίκας ἐφ' οἷς εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν παρηνόμησεν. ὁ δὲ ἰωάννης, ὁπότε μὲν ἐνθυμηθείη τὸ δάκρυσμα τῆς μητρὸς, καὶ κατακούσειε τῆς ἱκεσίας, ὥρμητο προσβάλλειν. ἐπειδὰν δὲ κατίδοι τυπτο[μ]ένην τε καὶ παρατιλλομένην, ἐθηλύνετο, καὶ τὸ πάθος ὅλος ἦν. τελουμένης δὲ ἀγὰ ταύτας τὰς πολιορκίας, ἐπέστη τὸ ἀργὸν ἔτος, ὃ κατ' ἐπταετίαν ἀργεῖται παρὰ ἰουδαίοις ὁμοίως ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις. κατὰ τοῦτο πολεμαῖος ἀνίησι τὰς πολιορκίας ἀπαρεῖ τοὺς ἀδελφοὺς ἰωάννου σὺν τῇ μητρὶ, καὶ φόνῳ πρὸς ζήνωνα τὸν ὀνομαζόμενον κοτύλαν, φιλαδελφείας δ' ἕνεκα τύραννον. ἀντίοχος δὲ κατ' ὀργὴν ἂν ὑπὸ σίμωνος ἐπαθε, στρατεύσας εἰς τὴν ἰουδαίαν, ἐπολιόρκει τὸν ὑρκανὸν προσκαθεζόμενος τοῖς ἱεροσολύμοις. ὁ δὲ τὸν δαυίδου τάφον ἀνοίξας, ὃς δὴ πλουσιώτατος βασιλέων ἐγένετο, καὶ ἀπελόμενος ὑπὲρ τρισχίλια τάλαντα χρημάτων, τόν τε ἀντίοχον ἀπανίσησι τῆς πολιορκίας πείσας τριακοσίοις ταλάντοις, καὶ δὴ καὶ ξενοτροφῶν πρῶτος ἰουδαίων ἐκ τῆς οὐσίας ἤρξατο. αὖθις γε μὴν ὡς ἀντίοχος ὅτι μήδους στρατεύσας, καιρὸν ἀμυνῆς αὐτῷ παρεῖχεν, διαθέως ὥρμησεν ὅτι τὰς ἐν συρίᾳ πόλεις κενὰς, ὅπερ ἦν, ὑπολαμβάνων διῄρησεν τῇ μαχιμωτέρων. μεδάβων μὲν οὖν καὶ σαμαίαν ἅμα τοῖς πλησίον, ἔτι δὲ σίκιμα καὶ γαριζὶν, αὐτὸς αἱρεῖ, πρὸς οἷς τὸ χουθαῖον ἔθνος οἱ προσοικοῦντες τὸ ἐκπαλαι τοῦ ἐν ἱεροσολύμοις ἱεροῦ. αἱρεῖ δὲ καὶ τῆς ἰουδαίας ἄλλας τε οὐκ ὀλίγας, καὶ δωρὸν καὶ μάρισαν. προελθὼν δὲ καὶ μέχρι σαμαρείας, ἔνθα νῦν ὅδε σεβαστὴ πόλις ὑπ' ἠρώδου κτισθεῖσα τοῦ βασιλέως, καὶ πάντοθεν αὐτὴν ὀχυρώσας, τοὺς υἱεῖς ἐπέστησε τῇ πολιορκίᾳ, ἀναστρέψουσιν καὶ αὐτίοχον. ἦν οὐδὲν ἀνίσχυρον, λιμοῦ μὲν εἰς τοσοῦτον προῆλθον οἱ κατὰ τὴν πόλιν, ὡς ἀφάσθαι καὶ τῶν ἀνθρωπείων. ἐπεκαλοῦντο ὁ βοηδὸν, αὐτίοχον τὸν ὀνομαζόμενον σιδήτην. κἀκεῖνος ἑτοίμως ὑπακούσας, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ ἀναστρέψουσιν καὶ αὐτὸν τὰς πύλας. καὶ μὲν, μέχρι σκυθοπόλεως διωχθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ἐκφεύγει. οἱ δ' ὅτι τῆς σαμαρείας ὑποστρέψαντες, τό τε πλῆθος πάλιν εἰς τὸ τεῖχος συγκλείουσι, καὶ τὴν πόλιν ἑλόντες, αὐτὴν τε κατασκάπτουσι, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐξανδρα-

A & is quidem ſtatim receſſit in quoddam vltra Hierichunta caſtellum, quod Dagon vocatur. Hyrcanus autem paternum honorem pontificis aſſecutus, poſtquam Deo ſacrificia reddidit, velociter Ptolemæum petit & matri ſimul & fratribus adiumento futurus: caſtellúmque aggraſſus, aliis quidem rebus ſuperior erat, iuſto autem dolori cedebat. Ptolemæus enim quoties premeretur, matrem eius fratréſque in murum productos, palàm vt poſſent conſpici, verberabat: coſdémque præcipitandos, B niſi quàm primùm recederet, minabatur. Vnde Hyrcanum quidem plus timor ac miſericordia, quàm iracundia commouebat. Mater verò eius nihil plagis, aut intentata nece perterrita, manus protendens, filium precabatur, ne vel ſuis fractus iniuriis, parceret impio: ſiquidem ipſa ſibi mortem à Ptolemæo propoſitam immortalitate duceret meliorem; dummodo ille pœnas eorum, quæ in domum ſuam contra fas admiſiſſet, expenderet. Ioannes autem nunc obſtinationem matris cogitans, ac preces eius audiens, ad irruendum C impellebatur: modò verberari eam lacerarique conſpiciens, effœminabatur: torúsque plenus doloris erat. Ob hæc autem diu tracta obſidione, feriatus annus aduenit: quem ſeptimo quoque circuitu redeuntem, apud Iudæos ceſſare moris eſt, exemplo ſeptimorum dierum. Et in hoc Ptolemæus obſidionis requiem nactus, fratribus Ioannis vnà cum matre occiſis, ad Zenonem confugit, qui Cotylas cognominatus eſt, Philadelphiæ tyran- Ant. lib. 13. num. Antiochus autem ob ea, quæ per Simonem paſſus fuerat, iratus in Iudæam ducit cap. 18. exercitum: ibíque aſſidens Hieroſolymis, Hyrcanum obſidebat. Ille autem patefacto ſepulchro Dauid, qui regum ditiſſimus fuerat, ablatíſque inde pecuniæ plus quàm tribus millibus talentorum, & Antiocho perſuaſit, datis ei trecentis talentis ab obſidione diſcedere, pri- E múſque Iudæorum priuatis opibus alere perenna cœpit auxilia. Rurſúſque tamen quando Antiochus contra Medos bello ſuſcepto tempus ei vindictæ præbuit, confeſtim aduerſus ciuitates Syriæ perrexit, vacuas propugnatoribus eſſe ratus: quod & verum fuit. Medabam quidem & Samæam cum proximis, necnon & Sichimam, & Garizim ipſe cepit, & ſuper his Chuthæorum gentem, adiacentia fano loca incolentium, ad exemplum eius, quod eſt F Hieroſolymis, ædificato. Cœpit autem & Ant. lib. 13. Idumææ non paucas alias ciuitates, & præ- cap. 16. 17. terea Doreon, & Mariſa. In Samariam verò vſque progreſſus, vbi nunc eſt Sebaſte ciuitas ab Herode rege condita, ex omni eam parte concludit: filióſque ſuos Ariſtobulum & Antigonum obſidioni præfecit. Quibus nihil remittentibus, ad hoc famis penuria, qui erant intra ciuitatem venerunt, vt etiam inſuetam carnem cogerétur attingere. Igitur Antiochum adiutorem ſibi aduocant, Spondium G cognominatum. qui cùm prompta eis voluntate paruiſſet, ab Ariſtobulo & Antigono ſuperatur. & ille quidem ad Scythopolim vſque perſequentibus eum, memoratis fratribus effugit: hi verò in Samariam reuerſi, & multitudinem iterũ intra murũ concludũt, & expugnata ciuitate ipſam diruunt: & habitatores eius

captos abducunt. Prosperè autem gestis ita cedentibus, alacritatem refrigescere non sinebant: sed cum exercitu Scythopolim vsq; progressi,& ipsam peruaserunt,& agros intra Carmelum omnes,inter se partiti sunt.

CAP. III. De Aristobulo. Antigono. Iuda. Esseo. Alexandro, Theodoro, & Demetrio.

SEcundarum autem rerum Ioannis & filiorum eius inuidia seditionem gentilium cõcitauit, multíque aduersus eos collecti non quiescebant, donec aperto bello deuicti sunt. reliquum verò tempus Ioannes cùm fortunatissimè viueret, & optimè rebus per annos xxx. & tres administratis, & quinque filiis relictis moritur: vir planè beatissimus, & qui nullam dedisset occasionem, cui eius causa de fortuna quispiã quereretur. Deniq; tria vel maximè præcipua solus habebat.nã & gẽtis princeps, & põtifex erat, & præterea prophæta:cum quo Deus ita colloquebatur, vt futurorum nihil penitus ignoraret. quinetiam de duobus maioribus filiis suis, quòd rerum domini permansuri non essent, præuidit atque prædixit. quorum vitæ quis fuerit exitus, narrare non indignum videtur, quantúmque à paterna felicitate diuerterint. Patre nanque mortuo,maior Aristobulus translato in regnum principatu, diadema sibi primus imposuit: quadringentis & octoginta vno annis ac tribus mensibus, postquam populus in eam terram deuenit seruitio quod apud Babylonios sustinuit liberatus. Fratrem verò à se secundum Antigonum (nanque illum diligere videbatur) in honore pari producebat: alios autem vinctos custodiæ tradidit. Matrémque itidem colligauit, ausam aliquid de potestate contendere. nanque hanc rerum dominam Ioannes reliquerat. Eóque crudelitatis processit, vt vinctam fame necaret. Horum autem facinorum pœnas Antigoni fratris morte persoluit, quem plurimum amabat, quémque regni participem habebat. nam & hunc interemit, adductus criminationibus per maleuolos regni compositis. Itaque primo quidem Aristobulus dictis fidem non habebat, qui & fratrem magnipenderet, & pleraque liuore fingi arbitraretur. Sed cùm Antigonus ex militia clarus rediisset, festis diebus, quos tabernaculis positis Deo celebrare mos patrius exigebat, cuenit eodem tempore vt aduersa valetudo Aristobulum corriperet. Antigonus verò circa festorum solenniorum finem armatis comitatus templum ad orãdum quammaximè petiuit, plúsq. in honorem fratris ascẽdit ornatus. Túmque delatores nequissimi regem adeũntes,& armorum pompam, & Antigoni arrogãtiam priuata fortuna maiorem esse criminabãtur: quódq; maxima caterua stipatus,vt illum interficeret eò venisset: nec enim perpeti honorem solum ex regno hábere, cui regnum ipsum liceat obtinere. His paulatim, quamuis inuitus tamen credidit Aristobulus, ac ne vel suspicari quicquam videretur, prospiciens, & vt incerta præcaueret, suos quidem satellites in quendam subterraneum & tenebrosum locum transire iubet. Ipse autem iacebat in castello, Bari antè,

Ant. lib. 13. cap. 18.

Πρὸς δὲ τὰς δι' ἐναντίας αὐτῷ τοῦ Ἰωάννου, καὶ τῆς ἀδελφῆς, φθόνῳ ἐγείρει τοὺς τῆς δυναστείας, καὶ πολλοὶ κατ' αὐτῶν συμβαλόντες, οὐκ ἠρέμουν, μέχρι καὶ πρὸς φανερὸν πόλεμον ἐκπεσόντες, ἠττῶνται. τὸ λοιπὸν δὲ βασιλεύοις ἐν δυσδαιμονίᾳ ἰωάννης, καὶ κατὰ τὸν ἀρχὴν κάλλιστα διοικήσας, ἐνιαυτοὺς ὅλους καὶ τεσσαράκοντα ἕνδεκα, δὶς πέντε μῆνας τελευτᾷ, μακαριώτατος ὢν καὶ κατὰ μηδὲν ἐάσας ἐφ' ἑαυτῷ μεμφθῆναι τὴν τύχην. τρία γοῦν τὰ κεφαλαιώδη μόνος εἶχε, τήν τε ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν. ὡμίλει γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν τῶν μελλόντων ἀγνοεῖν. ὅς γε καὶ τοὺς δύο τῶν πρεσβυτάτων υἱῶν, ὅτι μὴ δεξιοῦσι κύριοι τῶν πραγμάτων, προεῖδέ τε καὶ προεφήτευσεν, ὧν τὴν κατασφαλῆ ἄξιον ἀφηγήσασθαι, παρόσον τῆς παρούσης δυδαιμονίας ἀπέκλινεν. μετὰ γὰρ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, ὁ πρεσβύτερος αὐτῶν ἀριστόβουλος τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεὶς, διαδήματι μὲν δεδήμενα πρῶτος, μετὰ τετρακοσιοστὸν καὶ ἑβδομηκοστὸν πρῶτον ἔτος, ἐφ' οἷς μὲν ἔζεις, ἐξ οὗ κατέλαβεν ὁ λαὸς εἰς τὴν χώραν, ἀπαλλαγεὶς τῆς ἐν βαβυλῶνι δουλείας. τῆς δὲ ἀδελφῆς, τὸν μὲν μετ' αὐτὸν αὐτάρχειον, ἐδόκει γὰρ ἀγαπᾶν, ἦγεν ἰσοτίμως, τοὺς δ' ἄλλους εἱρχθεισι δύσας, ἀπεμεῖ δὲ καὶ τὴν μητέρα δεινεχθεισαν ἐφ' ἧς ἐξουσίας. ταύτην γὰρ δὴ κυρίαν τῶν ὅλων ὁ ἰωάννης ἀπολελοίπει. καὶ μέχρι τοσαύτης ὠμότητος προῆλθεν, ὡς τε καὶ λιμῷ δεδεμένην διαφθεῖραι δεδημένην. ἐπιέρχεται δὲ αὐτὸν ἡ πίστις εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτάρχειον, ὃν ἠγάπα τε, καὶ τῆς βασιλείας καινωνὸν εἶχε. κτείνει γὰρ ἐν τούτῳ ἐν ἐβουλῶν, ἐξ οἱ πονηροὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον ἐπεσκεύασαντο. τὰ μὲν δὴ πρῶτα διπίσει τῆς λεγομένης ὁ ἀριστόβουλος, ἅτε δὴ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀγαπῶν, καὶ διδοὺς φθόνῳ τὰ πολλὰ τῶν λεγομενομένων. ὡς δ' ὁ αὐτάρχειον λαμπρὸς ἀπὸ τῆς στρατιᾶς ἦλθεν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιεῖσθαι πάτριον τῷ θεῷ, συνέβη μὲν κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, νόσῳ χρήσασθαι τὸν ἀριστόβουλον. τὸν δὲ αὐτάρχειον δὴ πάλαι τῆς ἑορτῆς ἀναβαίνα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, ὡς ἐν ἱερῷ μᾶλλον κακοσκηνοῦν ποιήσαντα τὸ πλέον ὑπὸ τὰδελφοῦ. καὶ τούτῳ προσιόντες οἱ πονηροὶ τῶν βασιλέως τὴν τε πομπὴν τῶν ὁπλιτῶν ἐδήλωσαν, καὶ τὸ φρόνημα τοῦ αὐτάρχειου, μεῖζον ἢ κατ' ἰδιώτην, ὅτι τε παρεῖται μετὰ μείζονος σωτάγματος αἰωρήσαν αὐτόν. οὐ γὰρ ἀνέχεσθαι τιμὴν μόνον ἐν βασιλείας ἔχειν, παρὸν αὐτὸν καταχρῆν. τούτοις κατὰ μικρὸν ἀκων ἐπίστευσεν ἀριστόβουλος, καὶ προσοδὸν τοῦ μὴθ' ὑποπτεύων φανερὸν ἡμέσθαι, καὶ προσφαλίζ πρὸς τὸ ἄδηλον, κελεύσας

ΚΕΦ. γ'

τοὺς σωματοφύλακας σὺν τοῖς τῶν ὑπογαίων ἀλαμπῶν. κατέκειτο δ' ἐν τῇ Βάρει προτεῖχος καλουμένῃ, αὐτὸς

nam & cum Archelao ſtare propter odium atque inuidiam recuſabant, & cum accuſatoribus conſpici pudore Cæſaris prohibebantur. Inter quos erant etiam Philippus Archelai frater, benuolo animo duabus ex cauſis præmiſſus à Varo, vt & Archelao ſubueniret, & ſi regnum Herodis nepotibus eius diſtribui placuiſſet, partem aliquam mereretur. Iuſſit autem accuſatoribus exponere, quænam contra leges feciſſet Herodes: primùm non ſe regem, ſed omnium, qui vſquam fuiſſent, tyrannorum crudeliſſimum toleraſſe dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis, ea pertuliſſe ſuperſtites queſti ſunt, vt beatiores mortui putarentur. Non enim tormentis ſolùm eum laceraſſe corpora ſubiectorum, ſed etiam gentis ſuæ ciuitatibus deformatis exteras ornauiſſe, populiſque alienis Iudææ ſanguinem condonaſſe. Pro antiqua verò felicitate ac patriis legibus, nationem ſuam tanta egeſtate ſimul ab eo atque iniquitate repleram, prorſus, vt plures ex Herode paucis annis clades ſuſtinuerint, quàm omni æuo maiores ſui, poſtquam ex Babylone diſceſſêre, perpeſſi ſunt, Xerxe tunc regnante ad diſcordias concitati. Verùm ſe tamen ad modeſtiam ex aduerſæ fortunæ conſuetudine profeciſſe, vt etiam ſucceſſionem voluntariam acerbiſſimæ ſeruitutis ſubirent, qui & Archelaum tanti tyranni filium, patre mortuo regem appellaſſent nihil morati, & vnà cum eo luxiſſent mortem Herodis, ac pro eius ſucceſſore vota celebraſſent. Illum autem quaſi metueret, ne non certus eius filius videretur, à cæde trium millium ciuium regni ſumpſiſſe primordia: & quia principatū meruerit, tot immolaſſe Deo hominum victimas, tot feſto die templum cadaueribus impleuiſſe. Rectè igitur eos, qui de tantis malis ſupereſſent, aliquando reſpexiſſe calamitates ſuas, & belli lege cupere vulneribus excipiendis ora præbere: atque ab Romanis precari, vt Iudęę reliquias miſericordia dignas exiſtimarent: néve quod ex ea natione reſtaret, his obiicerent, à quibus crudeliſſimè lacerabatur: ſed patriam ſuam coniungi Syriæ finibus, ac per iudices Romanos adminiſtrari decernerent: hoc enim modo probatum iri, Iudæos qui nunc veluti turbulenti ac belli cupidi reprehenduntur, moderatis rectoribus obedire poſſe. Iudæorum quidem accuſatio eiuſmodi petitione concluſa eſt. Cùm autem ſurrexiſſet contrà Nicolaus, primùm criminibus, quæ in reges erant propoſita, diſſolutis, nationem cœpit arguere: quia neque gubernari facilis eſſet, naturáque regibus vix parêret. vnà etiam propinquos Archelai, qui ſe ad accuſatores contulerant, inſimulabat. Sed tum quidem partibus Cæſar auditis, conuentum diremit. Paucis autem diebus pòſt, mediam regni partē ſub ethnarchiæ nomine dedit Archelao: etiam regem, ſi ſe dignum præbuiſſet, facturum eſſe pollicitus. Reliquam verò dimidiam in duas tetrarchias diuiſit, duobúſque aliis Herodis filiis attribuit: vnam Philippo, alteram Antipæ, qui cū Archelao de regno certauerat. Huius parti ceſſerat trās flumē regio, & Galilæa: quarū ducēta talēta reditus erant. Batanęa verò & Trachō, & Auranitis, & quædam partes domus Zenonis, circa Iamniā.

A συμπαθείσαις μὴν ἀρχελάῳ διὰ μῖσος καὶ φθόνον οὐχ ὑπομενούσαις, ὀφθῆναι ἢ μὴ τὸν κατηγόρων ὑπὸ καίσαρος αἰδούμενοι. ὅθεν Γάιος Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς ἀρχελάου, σφισπεμφθεὶς κατ' εὔνοιαν ὑπὸ οὐάρου, δυοῖν ἕνεκα, ἀρχελάῳ τε συναγωνισόμενος, καὶ ἅμα ἐξαιτήσων τὴν ἡρῴδου βασιλείαν οἷον παῖσι τοῖς ἐκγόνοις κλῆρον πρὸς ἀξίωσιν. ὅπερ ἔπεισε τοὺς κατηγόρους ἐπὶ ἡρῴδου νομίας φρόνημα διελθεῖν, οὐ βασιλέα λέγοντες, ἀλλὰ τὸν πώποτε τυραννησάντων ὠμότατον ἐκπονοῦντα τὸ γένος. πλείστων γὰρ ἀνηρημένων ὑπ' αὐτοῦ τοιαῦτα πεπονθέναι τοὺς καταλελοιπότας, ὥστε μακαρίζειν τοὺς ἀπολωλότας. βιβασανικέναι γὰρ οὐ μόνον τὰ σώματα τῶν ὑποτεταγμένων, ἀλλὰ καὶ πόλεις ὅλας μὲν ἰδίας λυμῶνασθαι, τὰς δὲ τῶν ἀλλοφύλων κακοσμεῖν κτίσμασι, καὶ τὸ τῆς ἰουδαίας αἷμα καταχαρίζεσθαι τοῖς ἔξωθεν δήμοις. αὐτὴ δὲ παλαιᾶς διδασκαλίας, καὶ τῆς πατρίου νόμων, πατρίας τὸ ἔθνος καὶ θεοσεβείας ἐλάττους παραλαβεῖν. καθόλου τε πλείους ὑπομεμενηκέναι τὰς ἐξ ἡρῴδου συμφορὰς ἐν ὀλίγοις ἔτεσιν Ἰουδαίους, ἢ ὅσα ἀπὸ τῆς ἐπὶ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίας ἔπαθον οἱ πρόγονοι, ἐξ οὗ βασιλεύοντες ἐπὶ Ξέρξου γράφονται. εἰς δὲ τὸ μὴ παντάπασιν ἀγνώμονας, καὶ δυσυχῶν ἔθους φεύγειν, ὥστε ὑπομεῖναι δουλείας καὶ ἐλευθερίαν ἀμείνονα. ἀρχέλαον γοῦν τὸν πικρὸν τυραννικὸν παῖδα, μὴ τοῦ παιδὸς τελευτῆσαι, βασιλέα τε προσηγορεῦσαι τοιοῦτον, καὶ συμπαθῆσαι τῷ ἡρῴδου θανάτῳ αὐτοῖς, καὶ συνεύξασθαι τὸν ἐλευθερωτὴν ἀγῶνα ἀσαντας, ὡς τάχος ὑπὸ ἀρχελάου ἐκπεσεῖν ἡρῴδου, προοιμιάσασθαι τὴν βασιλείαν χιλίων πολιτῶν φόνῳ. καὶ τοσοῦτον μὲν πρυτανεύσαι θυμὸν περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς θεοῦ τοσούτους ἐπισπάσασθαι ἐν τῷ τοσούτῳ καιρῷ, οἰκότως ἐπιτραφθῆναι πρὸ τοῦ φείσασθαι συμφορᾶς, καὶ πολέμου νόμῳ ἐθέλειν τὰς πληγὰς καὶ θεοσεβοῦς διχοστασίας. διὸ δὴ Ῥωμαίων, ἡγησαμένων τὰ τῶν Ἰουδαίων λείψανα, καὶ μὴ τὸ φθεῖρον αὐτῶν ἀπορρίψαι τοῖς ὠμοῖς ἀναλώσουσι, συναίροντας δὲ τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν αὐτῶν, δικαιοῦν ὑποδίοις ἡγεμόσιν, ὑπαδιδόσθαι. ὧν οἱ νεῦσαι σοφοὶ ἐς ἀμφιβολίαν καὶ πολεμικοὶ, φέρειν οἴδασι μᾶλλον ἡγεμόνας Ἰουδαίους μὲν αὐτῶν ἐν τῇ καταρρείᾳ, καταλῦσαι οἷς τὴν τοιαύτην αἴτιωνται. αἰδοῦς δὲ νικήσας, ἀπολύσασθαι μὲν τὰς εἰς τοὺς βασιλεῖς αἰτίας. κατηγόρων δὲ τὸ ἔθνος τὸ δύσαρκτον καὶ δυσπειθὲς φύσει πρὸς τοὺς βασιλείας. συμβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἀρχελάου συγγνώμης, ὅσοι πρὸς τοὺς κατηγόρους ἀφεστήκεσαν.

Κεφ. I.

Τότε μὲν οὖν καίσαρ ἀναύσας ἐκάτερον, διέλυσε τὸ συνέδριον. μετ' ὀλίγας ἡμέρας, τὸ μὲν ἥμισυ μέρος τῆς βασιλείας, ἀρχελάῳ δίδωσιν ἐθνάρχην προσειπών, ὑπατεύοντά τε καὶ βασιλέα ποιήσειν, ἐὰν ἄξιον ἑαυτὸν παράσχῃ. τὸ δὲ λοιπὸν ἥμισυ διελὼν εἰς δύο τετραρχίας, δυσὶν ἑτέροις παισὶν ἡρῴδου δίδωσι. τῷ μὲν φιλίππῳ, τὴν δὲ ἀντίπατρον τοῦ πρὸς ἀρχέλαον ἀμφισβητήσαντα περὶ τῆς βασιλείας. ἐγγύτατα ἦν τοῦτο μὲν, ἥ τε παραλία, καὶ γαλιλαία, πρόσοδος ἀργυρίου τάλαντον· βαταναία τε καὶ τραχὼν, αὐγανίτις τε, καὶ μέρη τινὰ τῆς ζηνωνίου οἴκου τοῦ περὶ ἰάμνιαν;

φεσσδον ἔχοντα ταλάντων ἑκατ, ὑπὸ φιλίππῳ τέ-
ταχτο. τῆς ἀρχελάου δ' ἐθναρχίας, ἰδουμαία τε ἡ Ἰε-
δαία πᾶσα, καὶ σαμάρεῖτις ἦν, κεκουφισμένη τετάρτῳ
μέρει τῆς φόρου εἰς τιμὴν τῆ μὲν μὴ τῆ ἄλλων δασ-
σήναι. πόλις δ' ὑπηκόους παρέλαβε, στράτωνός τε πύρ-
γον, καὶ σεβαστὴν, καὶ ἵππον, καὶ ἱεροσόλυμα. τὰς δὲ ἑλλη-
νίδας γάζαν καὶ γάδαρα, καὶ ἱόππην ἀπετεμνόμενος
τῆς βασιλείας, φερσέθηκε συρίᾳ. φερσεδος δ' ἦν τῆς
ἀρχελάου δοθείσης χώρας, τ ξακοσίων ταλάντων. σα-
λώμη δ' φερὸς οἷς ὁ βασιλεὺς σ ἐλάττους ἐθναρχίας κατέ-
λιπεν, ἰαμνίας τε καὶ ἀζώτου, καὶ φασαηλίδος, δόμον δὲ
νικυ δ' ἀσκάλωνι βασίλεια. συνήγετο δ' ἐκ πάντων, ἑξη-
κόντα φερσέδου τάλαντα. τὸν δ' οἶκον αὐτῆς, ὑπὸ τὴν
ἀρχελάου τοπαρχίαν ἔταξε. τῆς δ' ἄλλης ἠρῴδου γε-
νεᾶς, ἔκυσε τὸ καταλιφθὲν ὑ τ ἐθναρχίας σκομίζε-
το. δυοὶ δ' αὐτοῦ θυγατέρσι παρθένοις, καῖσαρ ἔξωθεν
χαρίζεται πεντήκοντα μυριάδας ἀργυρίου, καὶ συνοί-
κισεν αὐτὰς τοῖς φερώρα παισί. μὴ δ' τ οἶκον, ὃν δι-
ένειμεν αὐτοῖς τῷ αὐτῷ καταλιφθεῖσαν ὑφ' ἠρῴδου
δωρεὰν οὖσαν χιλίων ταλάντων, δ' τινὰ τοῦ κε-
μηλίων εἰς τὸν τῷ καταχρυσῆ τιμὴν ἐξελόμενος.

Κεφ. ς. Κατὰ τούτων καιρὸν τὸν Ἰουδαῖον ὧδε τὸν ἥλιον, ξυ-
φεὶς δ' ἐν σιδῶνι ὧδε τινι τοῦ ῥωμαίων ἀπε-
λεύθερον, δι' ὁμοιότητα μορφῆς ἑαυτὸν
ἀλέξανδρον τ αἱρεθέντα ὑφ' ἠρῴδου, κατ' ὀλίγον ἔ-
λαθεν, ἦλθεν εἰς ῥώμην. συνεργὸς δ' ἦν τῆς ὁμοφύλου
αὐτῷ πάντα τὰ κ τὴν βασιλείαν δεσπόσιμον, ὑφ' ἑ
αὐτὸν ἔχοντι. ὡς οἱ πεμφθέντες δὴ τὴν αἵρεσιν
αὐτοῦ τε καὶ ἀριστοβούλου, δι' οἶκτον ἐκκλέψαι αὐτοὺς
ὁμοίων ὑποβολῇ σωμάτων. τούτους ἦσαν τοὺς ἐν κρήτῃ
Ἰουδαίους ἐξαπατήσας, καὶ λαμπρᾶς ἐφοδιάσας, δι-
έπλευσεν εἰς μῆλον, ἔνθα συναλίσκει πολλοὶ πλέον δ'
ὑποβολὴν ἀξιοπιστίας, ἀνήψατο καὶ τοὺς ἰδιοξένους εἰς
ῥώμην αὐτῷ συνεκπλεῦσαι. καταχθεὶς δ' εἰς δικαιαρ-
χίαν, ἔνθα τὸ παμπληθὲς ὧδε τ ἐκεῖ Ἰουδαίων λαμ-
βάνει, καὶ καθάπερ βασιλεὺς ὑπὸ τ παρόντων προπέμ-
πεται φίλων. προσηλύθει δ' εἰς τοσοῦτον πίστεως τ τῆς
μορφῆς ὁμοίου, ὥστε τοὺς ἐωρακότας ἀλέξανδρον, καὶ
σαφῶς ἐπισταμένους, δι' ὁμωνυμίαν τ τοῦ ἐξ. τὸν μὲν Ἰου-
δαϊκὸν ἐν ῥώμῃ πᾶν ἐξεχύθη προς τ θέαν αὐτοῦ, καὶ
πλῆθος ἀπῄρει πρὸς τοὺς γενναίους, δ' ὧν κομίζοιτο.
καὶ δὴ προσῆλθον εἰς τοσοῦτον φρενοβλαβείας οἱ πλή-
θιοι, ὥστε φορεῖόν τε αὐτῷ κομίζειν, καὶ θεραπείαν βασι-
λικὴν ἰδίοις ἐξόδοις ἐπάλαμᾶσι. καῖσαρ δὲ γνώ-
σεως ἀκριβῶς τοὺς ἀλέξανδρον χαρακτῆρας, κατηγό-
ρητο δὲ ὑφ' ἠρῴδου πρὸ αὐτοῦ, σωφρόνως μὲν καὶ πρὶν
ἰδεῖν τ ἐθνάρχην τ τῆ ὁμοιότητος ἀπάτην. δίδους δέ τι
καὶ πίστεως τ ἱλαροτέρας ὑπῆρχε, κάλλιόν τινα πέμπ-
τὸν σαφῶς ἐπισταμένων ἀλέξανδρον, κελεύσας ἀγα-
γεῖν αὐτὸν νεανίσκον. ὁ δ' ὡς εἶδεν, ἐτεκμήρατο μὲν πά-
γιστα καὶ τὰς διαφορὰς τ φερσεπόλου. τὸ δ' ὅλον σῶμα
σκληρότερόν τε καὶ δουλοπρεπὲς καὶ ταπεινὸν, ἐνόησε πᾶν
τὸ σωτήριον. πάντ δ' αὐτὸ παρέξυνεν ἡ τάλαινα τ ὑπ'
αὐτοῦ λεγομένων. τῶν δὲ πυνθανομένων ἐφ' ὁτῳοῦν
λόγῳ, σπάζεσθαι μὲν κἀκεῖνον ἔλεγεν, ἐπολλῷ δ' ἐπί-

A Philippo deſtinatæ ſunt: quæ talentorum centum reditu miniſtrabant. Archelai verò ethnarchia Idumæam, omnémque Iudæam, & Samariam habebat quarta tributorum parte leuatam, pro munere quia non rebellaſſet cum cæteris. Ac ciuitates quibus imperaret ei traditæ ſunt, Stratonis pyrgus, & Sebaſte, & Ioppe, & Hieroſolyma. Cæteras autem, Gazam & Gadaram & Hippon, regno auulſas, Syriæ Cæſar adiecit: Erant autem reditus Archelai, quadringenta talenta. Quin & Salomen præter illa, quæ teſtamento regis ei relicta erant, Iamniæ dominam, & Azoti, & Phaſaelis idem Cæſar conſtituit: regiámq; apud Aſcalonem largitus eſt: ex quibus omnibus talentorum ſexaginta reditus colligebantur. Domum verò eius ethnarchiæ ſubdidit Archelai. Quum autem cæteris quoque Herodis propinquis teſtamento relicta ſoluiſſet, duas eius filias virgines extrinſecus quingentis millibus pecuniæ donauit: eáſque nuptum Pheroræ filiis collocauit. Diuiſo autem Herodis patrimonio, etiam ſibi relictas ab eo facultates ad mille talenta eis diſtribuit: exceptis ſuo nomine quibuſdam rebus viliſſimis propter honorem defuncti.

Cap. V. De ſubditicio, falſoq. Alexandro, eóque deprehenſo. *Ant. lib. 17. cap. 18.*

INterea quidam iuuenis natione Iudæus, apud quendam libertinum Romanorum in Sidoniorum oppido educatus, illum ſe formæ ſimilitudine quem Herodes necauerat, Alexandrum eſſe mentitus, fallendi ſpe Romam venit. Huius autem facinoris habebat ſocium quendam gentilem ſuum, omnes regni actus optimè ſcientem: à quo inſtructus affirmabat eorum ſe miſericordia, qui ſui atque Ariſtobuli occidendi cauſa miſſi fuerant, ſimilibus corporibus ſubditis morti eſſe ſubreptos. Denique his multos iam Iudæos fefellerat, in Creta degentes: ac liberaliter illic acceptus, Melúmque inde tranſmiſſus, ibíque ampliore quæſtu cumulatus, etiam hoſpites ſuos magna veriſimilitudine Romá ſecum nauigare pellexerat. poſtremò delatus Dicæarchiam, multíſque muneribus ab Iudæis eius loci donatus, quaſi rex à paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei proceſſerat formæ ſimilitudo, vt qui Alexandrum illum viderant, planéque nouerant, hunc eum eſſe iurarent. Igitur omnes etiam Romæ Iudæi, viſendi eius ſtudio circumfuſi properabant: & infinita multitudo per vicorũ anguſtias, quocunque ferebatur, conueniebant. Tanta namque dementia multos ceperat, vt illum ſella portarent, ac regale obſequium propriis ei ſumptibus exhiberent. Sed Cæſar Alexandri vultum optimè ſciens (accuſatus enim apud eum fuerat ab Herode) etſi prius quàm videret hominem, fallaciam ſimilitudinis aduerterat, hilariori tamen animi ſpei nonnihil indulgendum putauit, & Celadum quendam, qui Alexandrum bene cognoſceret, miſit, vt ad ſe adoleſcentem deduceret. Qui illo conſpecto, ſtatim perſonæ differentiam coniectura deprehendit. Maximè verò, vbi corporis eius duritiam, & ſeruilem formam conſideraſſet, intellexit omne commentum. Valde autem commotus eſt dictorum eius audacia: de Ariſtobulo enim percontantibus, ſaluum quidem illum eſſe commemorabat: conſulto verò

non adesse, quia apud Cyprum degeret cauendo insidias: minus enim se circumueniri posse disiunctos. Itaque ab aliis ei separato vitam dixit à Cæsare præmium fore, si tantæ fraudis prodidisset autorem. Id autem se facturum ille pollicitus, ad Cæsarem sequitur: & Iudæum indicat: qui formæ suæ similitudine abusus esset ad quæstum. Tanta enim dona ex ciuitatibus eum singulis abstuliſſe docuit, quanta viuus Alexander nõ accepisset. Risit his Cæsar: & falsum quidem Alexandrum, propter habitudinem corporis, remigum numero inseruit, suasorem verò eius interfici iussit. Meliis autem sumptuum detrimentum pro amentiæ precio satis esse iudicauit.

CAP. VI. De Archelai exilio, *Ant. lib. 17. cap. 19.*

ETHnarchia verò susceptа, memor discordiæ superioris Archelaus, non solùm Iudæis, sed etiam Samarienſibus crudeliter abusus est. Nonóque principatus sui anno legatis contra se ab vtrisque ad Cæsarem missis, ipse quidem in exilium pellitur Viennam Galliæ ciuitatem: patrimonium verò eius fisco Cæsaris adiudicatur: quem quidem prius quàm euocaretur ad Cæsarem, huiuscemodi somnium vidisse commemorant: Nouem spicas plenas & maximas à bobus comedi somniauerat: accitos deinde vates, Chaldæorúmque nonnullos, quídnam illo putarent indicari somnio, consuluerat. Aliis autem aliter interpretantibus, Simon quidam Essenus genere, dixerat spicas annos arbitrari, bouésque rerum mutationes: eo quòd agros arando verterent ac mutarent. Idcóque regnaturum quidem illum esse tot annos, quot significasset numerus aristarum: varias autem rerum mutationes expertum, esse moriturum. Hísque auditis, Archelaus quinque diebus pòst ad causam dicendam est euocatus. Dignum autem memoria duxi, etiam coniugis eius Glaphyræ somnium, Archelai filiæ Cappadocum regis referre: quam cùm Alexander prius habuisset vxorem, fratet huius de quo loquimur, Herodis filius regis, à quo ille interfectus est, sicut iam designauimus, post illius mortem Iubæ regi Libyæ nuptam, eóque defuncto domum reuersam, domíque apud patrem in viduitate degentem, Ethnarches Archelaus vbi conspexit ad hoc amoris accensus est, vt eam statim repudiata coniuge sua Mariamne, sibi copularet. Hæc igitur breui tempore postquam in Iudæam redit, videre visa est superstantem sibi Alexãdrum dicere: Satis fuerat tibi Libycum matrimonium: sed tu illo non contenta, rursus ad meos penates reuerteris auidissima viri tertij, & quod grauius est, mei fratris iuncta matrimonio. Equidem non dissimulabo contumeliam, téque licèt inuitam recuperabo. Atque hoc expositó somnio, vix biduum superuixit.

CAP. VII. De Simone Galilæo, de tribus sectis apud Iudæos. *Ant. li. 18. cap. 1. §. 2.*

IGitur Archelai finibus in prouinciam redactis, procurator Coponius quidam eques Romanus missus est, ea sibi à Cæsare potestate mandata. Hoc disceprante, Galilæus quidam, Simon nomine, defectionis arguebatur: quia indigenas increparet, si tributum Romanis pendere paterentur, dominósque post Deum ferre mortales. Erat autem propriæ sectæ sophista, nulla in re similis aliis. Etenim tria sunt apud Iudæos genera philosophiæ. Horum vnum Pharisæi profitentur, alterum Sad-

δουκαῖοι.

A τηδὲς ἐν κύπρῳ ταῖς ἐπιβουλαῖς φυλασσόμενον. ἢ τὸν μὲν δὴ χωρὶς ἀλλήλων διεζευγμένους. ἀπολαβόμενος γὰρ αὐτὸς ἰδίαν, μισθὸν ἔφη δώσειν καὶ σαοῦσθαι ἔχειν τὸ ζῆν, εἰ μηνύσαι τὴν ἀπάτην αὐτά τε πλάσαντα τηλικαῦτα. καὶ κεῖνος αὖτος ἀληθῆ εἶπεν, ἔπειτα πρὸς καίσαρα, καὶ τὸν ἰουδαῖον ἐνδείκνυσιν, καὶ χρησάμενον αὐτῷ ὁμοιότητι πρὸς ἐργασίαν. τοσαῦτα γὰρ εἰληφέναι δῶρα καθ' ἑκάστην πόλιν, ὅσα ζῶν ἀλέξανδρος οὐκ ἔλαβε. γελάσας ὁ καῖσαρ δὴ τούτοις, τὸν μὲν ψευδαλέξανδρον δι' ἀδείαν σώματος ἐν κατατάξει τῶν ἐρέτας, τὸν ἀπάτησαντα δι', ἐκέλευσεν ἀπαρτηθῆναι. μηλίοις δ', ἤρκεσεν ἔπιπλον τῆς ἀνοίας τὰ ἀναλώματα.

Κεφ. α.

ΠΑρελαβὼν ὁ τὴν ἐθναρχίαν ἀρχέλαος, ἐν ᾧ μὲν μιᾶν τῶν πάλαι διαφορᾶν, οὐ μόνον ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ σαμαρεῦσι χρησάμενος ὠμῶς, ὥρισε δύο σαμαρέων ἑκατέροις κατ' αὐτὸ πρὸς καίσαρα, ἕτερος μὲν ἀρχῆς ἐνάτῳ φυλαδούμενος μὴ εἰς βίεννα πόλιν τῆς γαλατίας αὐτὸς, ἡ οὐσία δ' αὐτοῦ τοῖς καίσαρος θησαυροῖς εἰς κατατάσσεσθαι. πρὶν κληθῆναι ὑπ' αὐτὸν ὑπὸ τοῦ καίσαρος, ὄναρ ἰδεῖν φασὶ τοιόνδε. ἔδοξεν ὁρᾶν στάχυς ἐννέα, πλήρεις καὶ μεγάλους, ὑπὸ βοῶν καταβιβρωσκομένους. μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς μαθηματικοὺς, καὶ τῶν χαλδαίων τινάς, ἐπυνθάνετο τὸ σημαινόμενον δοκοῦν. ἄλλων δ' ἄλλως ἐξηγουμένων, σίμων τις ἐασαῖος τοιῶδε ἔφη. τοὺς μὲν στάχυς, ἐνιαυτοὺς νομίζειν, τοὺς δὲ βοῦς, μεταβολὰς ποιμαίνων, ἐξ ὧν τὸ χρέων ἀριθμεῖσθαι ἀλλάσσειν. ὥστε βασιλεύειν μὲν αὐτὸν τὸν στάχυν ἀριθμὸν, ἐπὶ ποικίλαις δὲ ποιμάνσεσι μεταβολὰς γινόμενον τελευτήσειν. ταῦτα ἀκούσας ἀρχέλαος, μετὰ πέντε ἡμέρας δίκην μετεκλήθη. ἄδικον δὲ μνήμης ἡγησάμενον καὶ τὸ φ γυναικὸς αὐτοῦ γλαφύρας ὄναρ, ἥπερ ἦν θυγατὴρ μὲν ἀρχελάου τοῦ καππαδόκων βασιλέως, γυνὴ δ' ἀλέξάνδρου γεγονυῖα τὸ πρώτον, ὃς ἰοῦδα ἀδελφὸς ἀρχελάου, ὕστερον δὲ ἰξιωνεύς, υἱὸς δ' ἡρῴδου τοῦ βασιλέως. ὑφ' οὗ καὶ μνησθῆναι, καθάπερ προεδεδηλώκαμεν. μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, συνοικήσειν ἰόβᾳ τῷ βασιλεύοντι λιβύης, ὃ πολυτησαίους ἐπαγηθῆσαι αὐτὸν καὶ χειροῦσθαι ὡς τὰ πατρῷα θαυμάζοντα ὁ ἐθναρχης ἀρχέλαος, δὴ τοσοῦτον ἔρωτος ἦλθεν, ὥστε ὡς γαμετὴν συνοικοῦσαν αὐτῷ μυριάμνην ἀποπεμψάμενον ἐκείνην ἀγάγεσθαι. ὡς δὲ γλαφυρὰ τοίνυν εἰς ἰουδαίαν, μετ' ὀλίγον τοῦ ἀρίστου χρόνου, ἰδοῦσα ὄναρ τὰ ἀλέξανδρον αὐτῇ λέγειν. ἀπέχει μὲν ὁ καὶ λιβύην σοι γάμος, σὺ δ' οὐκ ἀρκεθεῖσα τούτῳ, πάλιν δὴ τὴν ἐμὴν ἑστίαν αὖ καταμπέχεις ἕτερον ἄνδρα, καὶ ταῦτα τὰ ἀδύφωνα τολμήσασα τὸν ἐμὸν ἠρεμοῦντα. πλὴν οὐ φεύξομαί σε ὕβρεως, ἀπολήψομαι δ' σε καὶ μὰ θέλουσαν. τοῦτο δὴ σημήνασάμενα τὸ ὄναρ, δύο μόνας ἡμέρας ἐβίω. τῆς δ' ἀρχελάου χώρας εἰς ἐπαρχίαν φορολογήσεις ὑπὸ τοπῶν τῆς ἱππικῆς ὑπὸ ῥωμαίοις τάξεως κοπώνιος πέμπεται, μέχρι τοῦ κτανεῖν λαβὰν ὑπὸ τοῦ καίσαρος ἐξουσίαν.

Κεφ. β.

ΕΠὶ τούτου τῆς αὖρ γαλιλαίας ἰούδας ὄνομα εἰς ἀπόστασιν ἐπῆλε τοὺς ὑπηκόους, καὶ ἐζήλου, εἰ φόρον τὸ ῥωμαίοις τελεῖν ὑποθήσει, ἐ μὴ τὸν θεὸν οἴεσθαι θνητὸς δεσπότας. ἦν δὲ οὗτος, σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως, οὐδὲν τοῖς ἄλλοις ὁμοιότατος. ζῆλα γὰρ ὑπὸ ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται, καὶ τὸ μὲν, αἱρεσιῶται φαρισαῖοι, τὸ δὲ σαδ-

δουκαῖοι.

δουκαῖοι. ξῆτον δὲ ὃ δὴ καὶ δοκεῖ σεμνότητα ἀσκεῖν, ἐσ- A ducæi. tertium verò quod etiam probabilius
πηοὶ καλοῦν), ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ὄντες, φιλάλληλοι δὲ habetur, Esseni colunt, gente quidem Iudęi,
καὶ τἄλλων πλέον. ἔτοι ταῖς μὲν ἡδοναῖς ὡς κακίαν ἀπο- verùm inter se mutuo amore coniunctissimi:
στρέφονται, τὴν δὲ εἰκρατείαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπί- & qui præter cęteros voluptates quidem quasi maleficia vitarent: continentiam verò seruare, neque cupiditati succumbere, virtutem maximam ducerent. Itaque nuptias quidem fastidiunt, alienos verò filios, dum adhuc molles sunt, eruditioni traditos pro cognatis habentes, suis moribus diligenter instituunt. non quia coniugia vel humani generis successionem censeant perimendam: sed quia cauendam putent intemperantiam fœminarum, nullam earum vni viro fidem seruare credentes. Quin & diuitiarum contemptores sunt, rerumque apud eos communicatio admirationi habetur, neque inuenias alteri alterum opulentia præstare: legémque sibi dixerunt, vt qui disciplinam suam sectari vellent, bona contubernio publicarent. Ita enim fore, ne vel paupertatis humilitas, vel diuitiarum dignitas appareret: sed permixtis facultatibus, vclut inter fratres, vnum esset omnium patrimonium. Probro autem ducunt oleum, & si quis vel inuitus vnctus fuerit, munditiis corpus absterget: quoniam squalorem decorem putant, dummodo semper in veste sint candida. Designatos autem communium rerum procuratores habent, & ad vsus omnium singulos indiuisos. Non est autem illis vna ciuitas certa, sed in singulas multi domicilia transferunt, & aliunde aduenientibus sectæ suæ professoribus, quicquid habeant promptum exhibent quasi proprium. Denique tanquam consuetissimi ad eos ingrediuntur, quos nunquam antè viderunt. Hinc est quòd cum peregrinantur, propter latrocinia tantum armantur, neque præterea quicquam ferant. In singulis autem ciuitatibus, ex eodem collegio specialis curator hospitum constituitur: qui eorum vestimenta cæteráque vsui necessaria tueatur. Amictus autem cultúsque corporis omnibus pueris, in metu & sub cura magistri agentibus par est. Nec verò vestitum siue calceos mutant, nisi aut omnino consciſſis prioribus, aut longi temporis vsu consumptis. Nihil autem inter se mercantur aut vendunt: sed egenti quisque quod habet præbens, refert ab eo quod ipse non habet: quamuis etiam sine permutatione cūctis libera sit facultas, à quibus libuerit accipiendi quod opus sit. Præcipuè circa Deum religiosi sūt. Nāq; ante solis ortū nihil ꝓfani loquūtur, sed ei patria quædā voto celebrāt, quasi vt oriatur precantes. Deinde ad quas venerūt singuli artes, à curatoribus dimittūtur. Cūq; ad horā quintā studiosè fuerint operati, rursùs in vnū cōgregātur: linteisq; præcincti velaminibus, ita corpus aquis frigidis abluunt. Atque hac lustratione facta in eadē secreta coeūt, quò neminé alterius sectæ hominē spirare concessū est; ipsíque purificati, velut in sanctum quoddam tēplū in cœnaculū veniūt: quibus ibi cū silentio residentibus, pistor quidē panes ordine vnum autem vasculum ex vno pulmente singulis coc⁹ apponit. Deinde voce cibum sacerdos anteuenit: neque gustare quenquam fas est, nisi priùs Deo celebretur oratio. Post finem quoq; prandij vota repetunt. Nam & cùm incipiunt, & cùm definunt, quasi datorem victus, Deum laudibus canunt.

ἀγνοὶ καλοῦν), ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ὄντες, φιλάλληλοι δὲ
καὶ τῶν ἄλλων πλέον. ἔτοι ταῖς μὲν ἡδοναῖς ὡς κακίαν ἀπο-
στρέφονται, τὴν δὲ εἰκρατείαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπί-
πτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. γάμους μὲν ὑποστέγια παρ'
αὐτοῖς, τοὺς δὲ ἀλλοφύλους παῖδας ἀναλαμβάνοντες ἀπαι-
δεύτους ἔτεσι τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς
ἤθεσι τοῖς ἑαυτῶν ἐντυποῦσι. τὸ μὲν γάμου, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ
διαδοχήν, οὐκ ἀναιρεῖν δίκαιοι. ταῖς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσυγκρισίαις
φυλάσσεσθαι δοκοῦσι, καὶ μηδεμίαν ἕτερον πεπεῖσθαι τὰ σφῶν
ἐᾶν πίστει. καταφρονηταὶ δὲ πλούτου, καὶ θαυμάσιον παρ'
αὐτοῖς τὸ κοινωνητικόν, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν κτῆσιν παρ'
αὐτοῖς ὑπερέχοντα. νόμος γάρ τοις εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιοῦσιν
δηλοῦν τὰ τάλαντα τὴν οὐσίαν, ὥστε ἐν ἅπασι μήτε πε-
νίας ταπεινότητα φαίνεσθαι, μηδὲ ὑπεροχὴν πλούτου. τὰ
δὲ ἑκάστου κτήματα ἀναμεμιγμένα, μίαν ὥσπερ
ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν ἔχει. κηλῖδα δὲ ὑπολαμβά-
νουσι τὸ ἔλαιον, κἂν ἀλείφῃ τις ἄκων, σπύζειν τὸ σῶ-
μα. τὸ γὰρ αὐχμεῖν, ἐν καλῷ τίθενται, λευκύμονεῖν τὰ
ἱμάτια τοὺς χρωτὸς ὑγροὺς ποιοῦσι. κοινὸν θησαυρὸν ἔχουσι,
καὶ ἀναίρετοι παρὰ πάντων εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι. μία
δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ μετοικοῦσι
πολλοί, καὶ τοῖς ἑτέρωθεν ἥκουσιν αἱρεταῖς, ἀναπήτα-
ται τὰ παρ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ ἴδια, καὶ παρὰ οἷς οὐ
παρόντες ξένοι τυγχάνουσι, δίδωσιν ὡς συνηθέσι τοῖς. διὸ καὶ ποι-
οῦνται τὰς ὑπὸ δημίας, οὐδὲν μᾶλλον ὅλως ὑπονομίζόμε-
νοι. ἔχθη δὲ λῃστὰς, οὐδαμοῦ. κτημάτων δὲ ἐν ἑκάστῃ πό-
λει φύλαξ αἱρετός, τὴν ξενίαν ὑποδέκτης). τὰ-
μιεῖον ἐσθῆτα, καὶ τὰ ὑπόδημα. κατασκευὴ δὲ καὶ χῆμα
σώμασι, θαρσοῦσι τοῖς μὴ φόβῳ παιδαγωγουμένοις παν-
σίν. οὔτε δὲ ἐσθῆτας, οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσι, πρὶν
ἢ διαρρηγῆναι τὸ παρὸν παντάπασιν, ἢ διαπνηθῆ-
ναι τῷ χρόνῳ. οὐδὲν ἐν ἀλλήλοις οὔτε ἀγοράζουσιν,
οὔτε πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρῄζοντι δίδωσι ἕκαστος τὰ
παρ' αὐτῷ, τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀπεκομίζεται,
καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἀπαδόσεως, ἀκώλυτος ἡ μεταλή-
ψις αὐτοῖς παρ' ὧν ἂν ἐθελήσωσι. θεὸς γε μὲν τὸ
θεῖον ἰδίως εὐσεβῶς. πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, οὐδὲν
φθέγγονται τῶν βεβήλων. πατρίους δέ τινας εἰς αὐ-
τὸν ὡς χάριν ἱκετεύοντες ἀναπέμπουσι. μετὰ ταῦ-
τα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴασιν, ὑπὸ τῶν ἐπιμελη-
τῶν ἀφίενται, καὶ μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμε-
νοι σωφρόνως, ἐπὶ ταὐτὸ πάλιν εἰς εὐ ἀθροίζονται χω-
ρίον. ζωσάμενοι τὰ σπέρματα λινοῖς, οὕτως ὑπο-
λούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι. καὶ μετὰ ταῦτα
τελεῖ ἀγνείας, εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, εἷς θα μηδεὶ
τῶν ἑτεροδόξων ἐπιτρέπεται παρελθεῖν. αὐτοί τε κα-
θαροὶ καθάπερ εἰς ἁγνόν τι τέμενος, συλλέγονται
τὸ δεῖπνητήριον, καὶ καθεσθέντων μετ' ἡσυχίας, ὁ
μὲν σιτοποιὸς, ἐν τάξει ἑκάστοις ἄρτους. ὁ δὲ
μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἑνὸς ἑνὸς ἑκάστῳ πα-
ρατίθησι. θεοκατάρχεται δὲ ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς,
καὶ μετὰ δίκαιά τινα πρὶν τῆς βρώσεως ἀθέμιτον. ἀρίστο-
ποιοῦσι μὲν ἐπεύχεται πάλιν, ἀρχόμενοί τε, καὶ
παυόμενοι, αἰνοῦντες τὸν θεὸν, ὡς χορηγὸν τροφῆς.

Tunc veluti sacris illis depositis vestimentis, A in opere vsque ad vesperam versantur. Similitérque inde reuersi cœnant, consedentibus etiam hospitibus, si quos fortè intervenisse repererint. Neque verò clamor vnquam tectum illud, neque tumultus inquietat: cùm etiam loquendi ordine aliis alij cedant: eorúmque silentium, extra tectum constitutis arcanum quoddam videatur venerabile. Cuius quidem rei perpetua sobrietas causa est, quódque apud eos edendi aut potandi modus saturitate definitur. Sed quamuis aliarum rerum nihil sine præcepto faciunt curatoris, tamen in his duobus, hoc est iuuando & miserendo sui iuris sunt. Nam & subuenire dignis, cùm opus est, suo arbitrio cuique licet, & indigentibus alimenta porrigere. Sanè cognatis dare aliquid sine curatoribus, interdictum. Iidem iracundiæ moderatores iusti sunt, indignationem cohibent, fidem tuentur, paci obsecundãt: & omne quod dixerint, iureiurãdo fortius habẽt. Ipsum C autem iusiurandum quasi periurio deterius vitant. Iam enim mendacij condemnatum arbitrantur, cui sine Deo non creditur. Summum autem studium veterum scriptis adhibent: ea maximè inde, quæ animæ & corpori expediãt eligentes. Hinc illis morbum remedia, stirpes medicæ, quámque vim propriam singuli lapides habeant, rimantibus conquiruntur. Sectæ verò suæ studiosis non statim cum eis vna collectio. sed per annum integrũ extrinsecus cõ- D moranti cuique eundem victus ordinem tribuunt: dolabellam quoque, & quod prædictum est perizoma, & albam vestem tradentes. Cùm verò processu temporis experimentum continentiæ dederit, accedit etiam ad communem cibum: & purioribus, ob castificationem scilicet, aquis participat: neque tamen in conuictũ assumitur. Post ostensionem quippe continentiæ, duobus annis aliis mores eius probantur. Cúmque dignus apparuerit, tunc demum in E consortium assumitur. Prius verò quàm incipiat communem habere cibum, magnis execrationibus adiurat se primùm quidem colere Deum, deinceps quoque erga homines seruare iustitiam, & neque propria sponte nocere cuiquam, neque ex præcepto obesse: quin imò iniquos omnes odisse, & collaborare semper iustitiæ sectatoribus, fidem omnibus seruare, maximè verò principibus. Neque enim absq; voluntate Dei, cuiquam posse principatus potentiam contingere. Si verò ipse cæteris præsit, F nunquam se abusurum viribus potestatis ad contumeliam subiectorum, sed neque veste aut ambitioso aliquo ornatu reliquis eminere, veritatem semper diligere, & habere propositum cõuincere mẽtiẽtes. Manus verò à furto, & animam purã seruare ab iniustis cõpẽdiis: & neq; aliquid de mysteriis consectaneos celare, neq; profanis eorũ quippiam publicare, etiam si intentata quispiam morte compellat. Super hæc G autem addunt, nihil se de dogmatibus aliud quàm ipsi susceperint, tradere. Fugere autem latrocinia, & cõseruatum ire simul & dogmatis sui libros & angelorũ nomina. His quidem execrationibus explorant, & quasi præmuniũt accedentes. Deprehensos verò in peccatis à sua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condemnatus, miserabili plerunque morte consumitur.

ἔπειτα ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας, πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης ἵενται. δειπνοῦσι δ' ὑποστέγασι τοῖς ὁμοίως συνκαθεζομένων καὶ ξένων, εἰ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. οὐδὲ κραυγή ποτε τὸν οἶκον, οὔτε θόρυβος μολύνει. τὰς δ' ἀλλήλοις ἐν τάξει δίδασκεσθαι ἐᾶσιν ἀλλήλους, καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν, ἡ σιωπὴ καταφαίνει. τῆς δ' αἴτιον, ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ μέτρον πάρ' αὐτοῖς ἔχειν καὶ ποτὸν, μέχρι κόρου. σπουδὴ δ' οὐδ' ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅτι μὴ σπουδῆς πρὸς αὐτῶν ἐπιτηδεῖοι. δύο δ' ταῦτα παρ' αὐτοῖς αὐτεξούσια, ἐπικουρία καὶ ἔλεος. βοηθεῖν τε γὰρ τοῖς ἀξίοις ὁπόταν δέωνται, καὶ κατ' αὐτοὺς ἀφιέναι, καὶ ἔχειν ἀπροσκόπτως ὀρέγειν. τὰς δὲ εἰς τοὺς συγγενεῖς μεταδόσεις, οὐκ ἔξεστι ποιεῖσθαι δίχα τῆς ἐπιτρόπων. ὀργῆς ταμίαι δίκαιοι, θυμοῦ καὶ θηκτικοὶ, πίστεως φύλακες, εἰρήνης ὑποφυλακοί. καὶ πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἐνορκότερον ὅρκου. τὸ δ' ὀμνύειν αὐτοῖς ἀφεῖται, κρεῖσσον τι τῆς ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες. ἤδη γὰρ ἤδη κατεγνωσμένον φασὶ τὸν ἀπιστούμενον, δίχα θεοῦ. σπουδάζουσι δὲ ἐκπάλαι περὶ τὰ τῆς παλαιᾶς συγγράμματα, μάλιστα τὰ πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλέγοντες. ἔνθεν αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν παθῶν, ῥίζαι τε ἀλεξιτήριοι, καὶ λίθων ἰδιότητες ἐρευνῶνται. τοῖς δὲ ζηλοῦσι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, οὐκ εὐθὺς ἡ πάροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένουσι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται διαίταν, ἀξινάριόν τε, καὶ τὸ προειρημένον περίζωμα, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα δόντες. ἐπειδὰν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας δῶ, προσάγεται μὲν ἔγγιον τῇ διαίτῃ, καὶ καθαρτέρων ὑδάτων πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει. οὐ μεταλαμβάνει δὲ εἰς ἕξιν συμβιώσεως οὐδέπω. μετὰ γὰρ τὴν καρτερίας δοκιμὴν δύσιν ἄλλοις ἔτεσι τὸ ἦθος δοκιμάζει. καὶ φανεὶς ἄξιος, οὕτως εἰς τὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται. πρὶν δὲ τῆς κοινῆς ἅψασθαι ξοφῆς, ὅρκοις αὐτὸς ὀμνύει φρικώδεσι, πρῶτον μὲν εὐσεβήσειν τὸ θεῖον, ἔπειτα τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια φυλάξειν, καὶ μήτε κατ' γνώμην βλάψειν τινὰ, μήτε ἐξ ὑπαγωγῆς. μισήσειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀδίκους, καὶ συναγωνιεῖσθαι τοῖς δικαίοις. τὸ πιστὸν ἀεὶ φυλάξειν πᾶσι, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν. οὐ γὰρ δίχα θεοῦ προβήσεσθαι τινὶ τὸ ἄρχειν. κἂν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδὲ ποτὲ ἐξυβρίζειν εἰς τὴν ἐξουσίαν, μηδὲ ἐσθῆτι, ἢ τινὶ πλείονι κόσμῳ τοῦ ὑπαρχόντος μόνους ὑπερλαμπρύνεσθαι. τὴν ἀλήθειαν ἀγαπᾶν ἀεὶ, καὶ τοὺς ψεύδεσθαι ἐλέγχειν. σωφρονεῖν τε χεῖρας κλοπῆς, καὶ ψυχὴν εὐσεβοῦς κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἱρετιστὰς, μήτε ἑτέρους αὐτῶν τι μηνύσειν, κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. σφᾶς τοῦτοις, ὀμνύουσι μηδενὶ μὲν μεταδώσειν τῶν δογμάτων ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς μετέλαβεν. ἀφέξεσθαι δὲ λῃστείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως τά τε τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. τοιούτοις μὲν ὅρκοις τοὺς προσιόντας ἐξασφαλίζονται. τοὺς δ' ἐπ' ἀξιοποίνοις ἁμαρτήμασιν ἁλόντας, ἐκβάλλουσι τῆς τάγμασς. ὁ δὲ ἐκπεσὼν, οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ ξυναφθείρεται.

τοῖς γὰρ

τοῖς δὲ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐναλισθημένῳ, οὐδὲ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις ξοφῆς δύνασθαι μεταλαμβάνειν. ποιφαγῶν δὲ καὶ λιμῷ τὸ σῶμα τηκόμενον, διαφθείρεται. διὸ δὴ πολλοὶ ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀναγκαίοις ἀπέλαβον, ἐκπαλαι δὴ τοῖς ἀμύρτημασιν αὐτῶν τὸν μέχρι θανάτου βάσανον ἡγούμενοι. φοβεῖ δὲ τὰς κρίσεις, ἀκριβέστατοι, καὶ δίκαιοι. καὶ δικάζουσι μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν ἑκατὸν συνελθόντες. τὸ δὲ ὀφειλόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀκίνητον. σέβας δὲ μέγιστον παρ' αὐτοῖς μετὰ τὸν θεὸν, τὸ ὄνομα τὸ νομοθέτου, καὶ βλασφημήσαντα εἰς τοῦτον, κολάζεσθαι θανάτῳ, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὑπακούειν καὶ τοῖς πλείοσιν, ἐν καλῷ τιθέντας. δίκαι γοῦν συγκαθιζομένων οὐκ ἂν λαλήσαι τις ἀκόντων τῆς συνέδρου. καὶ τὸ πῦσμα δὲ εἰς μέσους, ἢ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάσσονται, καὶ ταῖς ἑβδόμασιν ἔργων ἁφάπαντα, διαφορώτατα Ἰουδαίων ἁπάντων. οὐ μόνον γὰρ ξοφαῖς ἑαυτοῖς περὶ ἡμέρας μιᾶς παρασκευάζουσιν, ὡς μὴ δὲ πῦρ ἐνάψαι σκεύεσιν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ἀλλ' οὐδὲ σκεῦος τι μετακινῆσαι διαρρύσιν, οὐδὲ ἀποπατεῖν. τοῖς δὲ ἄλλας ἡμέρας βόθρον ὀρύξαντες βάθος ποδιαῖον τῇ σκαλίδι, τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ δι' ὀλίγου ὑπ' αὐτῆς ἐξινίδιον τοῖς ποσυξάτοις, καὶ περικαλύψαντες διημάτιον ὡς μὴ τοῖς αὐγαῖς ὑβρίζοιτο τοῦ θεοῦ, διακενοῦσιν εἰς αὐτὸν, ἔπειτα τῷ ἀορυχθεῖσαν γῆν, ἐφέλκουσιν εἰς τὸν βόθρον, καὶ τοῦτο ποιοῦσι τοὺς ἐρημοτέρους τόπους ἐκλεγόμενοι. καὶ περ δὲ φυσικῆς οὔσης τῆς τῶν σωματικῶν λυμάτων ἐκκρίσεως, ἀπολούεσθαι μετ' αὐτῶν, καθάπερ μεμιαμμένοις ἔθιμον. διήρηνται δὲ κατὰ χρόνον τῆς ἀσκήσεως, εἰς μέρας τέσσαρας, καὶ τοσοῦτον οἱ μετὰ ἡμέρας τῆς προηγουμένων ἐλάττονται, ὡς τὸ εἰ ψαύσειαν αὐτῶν ἐκείνους ἀπολούεσθαι, καθάπερ ἀλλοφύλῳ συμφέροντας. καὶ μακρόβιοι μὲν ὡς τὸν πολλοὺς ἅπαξ ἑκατὸν ἐτῶν διανέουσιν ἔστι, διὰ τὴν ἀπλότητα τῆς διαίτης, ἔμοιγε δοκεῖν, καὶ τὴν εὐταξίαν. καταφρονηταὶ δὲ τῆς δ' ἐναντίων, καὶ ταῖς μὲν ἀληθόνας ὑπάντες τοῖς φρονήμασι, τὸν δὲ θάνατον οἱ μετ' ἐλπίδος προσοίσι, νομίζοντες ἀθανασίας ἀμείνω. διήλεγξε δὲ αὐτῶν ἐν ἅπασι τὰς ψυχὰς, ὁ περὶ βασιλέως πόλεμος. ἐν ᾧ τριβολοῦ μέροι, καὶ λιμοὶ δόμοι, καὶ θάνατοι τε, καὶ κλαυθμοὶ, οὐ δι' ἅπαντος ὀδόντες τῆς βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵνα μὴ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσυνήθων, οὐδὲ λιτεῦσαι τὸν τύραννον παθεῖν, ἀλλ' οὐ κολακεῦσαι τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρύσαι. μεδαμῶς δὲ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ καταφρονηταὶ τῆς τοὺς βασάνους προσφερόντων, δύθυμοι τὰς ψυχὰς ἦφίεσαν, ὡς πάλιν κομιούμενοι. οὐ γὰρ ἐρρώ) παρ' αὐτοῖς ἡδεῖα δόξα, φθαρτὰ μὲν τὰ σώματα, καὶ τὴ ὕλαι οὐ μόνιμον αὐτοῖς. ταῖς δὲ ψυχαὶ ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν, καὶ συνηλλάσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φορτίσας αἰθέρος, ἅπερ εἱρκταῖς τοῖς σώμασιν ἕνεγκε τινὶ φυσικῇ κατασπωμένας. ἐπειδὰν δὲ ἀπόθωσι τῆ κατὰ σάρκα δεσμὰ, οἷον δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένας, πότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι. καὶ τοῖς μὲν

A Illis quidem sacramentis, ac ritibus obligatus, neque capere ab aliis oblatum cibum potest. herbas verò pecudum more decerpens, & fame exesus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerúmque miserati, extremum spiritum agentes receperunt: sufficiétem pro peccatis eorũ quæ vsque ad mortem adduxerit, pœnam luisse censentes. In iudiciis verò sunt diligentissimi atque iustissimi. Disceptant autem non minus quàm centum in v-
B num coacti: quod autem his decretum fuerit; immobile manet: Veneratio quoque apud eos post Deum magna legislatoris est: ita vt si quis eum blasphemauerit, morte damnetur. Senibus verò obedire & plurium quorúnque decreto, probabile arbitrantur officium. Cùm simul denique sederint decem, nullus vnus nouem loquitur inuitis. Expuere quoque in medium eorum, vel in dexteram sui partem, quisque deuitat. Sabbatis quoque operationem ali-
C quam contigisse, omnibus Iudæis diligentiùs cauent: neque cibum sibi solum pridie præparant, ne videlicet illo die ignem accendant: sed neque vas aliquod transponere audent, imò nec aluum purgant. Aliis autem diebus fodientes foueam vno pede altam σκαλίδι, hoc est, illa dolabella quam tradi nuper accedentibus diximus, dimissa veste sese diligentissimè contegentes, ne scilicet splendori diuino iniuriam faciant, in eadem foua ab onere vē-
D tris leuantur, ac deinceps terram quam effoderant reducunt: idque ipsum faciunt in locis secretissimis: & cùm naturalis sit ista purgatio; nihilominus tamen solenne habent, vt quasi ab immunditia diluantur. Discernuntur autem inter se, secundùm susceptæ abstinentiæ tempora, in ordines quatuor tantúmque hi qui iuniores sunt, inferiores præcedentibus æstimantur, vt si aliquos eorum contigerint, quasi à contrectatu alienigenę diluantur. Viuunt au-
E tem quàm longissimè, ita vt plurimi eorum vsque ad centenariam proferantur ætatem, propter simplicitatem victus, vt equidem puto, & institutionem benè in omnibus ordinatã. Sunt etiam contemptores aduersorum: cruciatus siquidem vincunt firmitate consilij. Mortem verò, si cum decore obeunda sit, iudicant etiam immortalitate meliorem. Prodidit autem eorum in omnibus negotiis animos, bellũ quod gestum est cum Romanis. Tunc siquidem per
F artuum confractiones & ignes, ac per tormenta omnigena transeuntes, vt videlicet vel in legislatoris aliquid loquerentur iniuriam, vel ciborum quippiam quod non solent ederent, ad neutrum horum potuerunt compelli: sed neq; deprecari suos tortores, aut inter ipsa fiere supplicia: in mediis quinimò cruciatibus subridentes, & eis qui tormenta admouerant illudentes, constanter animas cum quadam hilaritate reddebant, scilicet quasi qui eas essent denuò recepturi. Opinio quippe apud il-
G los firmata consistit, corruptibilia quidem esse corpora, materiámque eorum non esse perpetuam: animas autem immortales semper manere, & de æthere subtilissimo commeantes, quasi carceribus ita corporibus immeantes vinculis, quasi de seruitute longissima liberatas, ita ilico lætari eas, sublimésque ferri. Et quidem

plicari, velut quas illecebra naturalis attraxerit. Cùm verò fugerint à carnalibus releuatæ vin-

bonas concinentes in hoc Græcorum sententiis, pronuntiant vltra Oceanum degere, vbi eis sit reposita perfruitio: illic quippe esse regionem, quæ neque imbribus, neque niuibus, neque æstibus aggrauetur: sed quam Oceano oriens Zephyrus, & leniter aspirans amœnet. Malis autem animabus procellosa loca & hyberna delegant, plena gemitibus exercendarum sine fine pœnarum. Videntur autem mihi secundum hanc ipsam intelligentiam Græci quoque fortibus suis, quos Heroas & semideos vocauerunt, beatorum insulas sequestrasse: improborum autem animabus locum apud inferos impiorũ: in quo etiam cruciari quosdam commentati sunt, Sisyphos videlicet, & Tantalos, & Ixiones, & Tityos: principio quidem immortales esse animas existimantes, ob adhortationem vtique virtutis, dehortationemque nequitiæ: bonos quippe fieri in huius vitæ conseruatione meliores, per spem bonorum etiam post lucem redhibendorum: improborum autem impetum retardari æstimantes: quoniam etsi in huius vitæ spatio latuerint, post obitum tamen sint immortalia tormenta passuri. Hæc sunt ergo quæ Esseni de diuinitate animæ philosophantur, planè illecebram ineuitabilem eis qui semel de eorum sapientia gustauerint, reponentes. Sunt autem in eis qui etiam futura nosse promittant, sactis videlicet libris, & variis sanctificationibus, prophetarúmque dictis à primis ætatibus adhærentes: rarò autem accidit vt prædictiones eorum frustratio cõsequatur. Est autem aliud etiam Essenorum collegium, cibos quidem & mores legésque similes cum prioribus habens, distans verò opinione de coniugio. Maximam siquidem vitæ hominum partem, successionem scilicet, amputare eos qui abstineant nuptiis arbitrantur: quippe si in eandem velint omnes ire sententiam, defecturum confestim genus humanum. Nihilominus autem cum tanta ipsi moderatione conueniunt, vt per triennium explorent valetudinem fœminarum: & si constanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia ascisc̃unt. Nemo tamen eorum cum prægnante concumbit: vt ostendant, quòd nuptias non voluptatis, sed liberorum causa inierint. Lauantibus autem fœminis, ita vt viris perizomatum inest amictus. Tales sunt mores huius collectionis. Duorum autem priorum ordinum, Pharisæi dicuntur, qui certiorem legalium rituum notitiam profitentur: & hi primum dogma habent, vt fato & Deo vniuersa deputent: & quidem vel agere quæ iusta sunt, vel negligere, secundùm maiorem partem esse in hominibus profitentur: adiuuare tamen in singulis & fatum. Animam autem omnem quidem incorruptam esse, transire autem in alia corpora solas bonorum, improborum verò interminabili supplicio cruciari. Sadducæi porrò, secundus ordo, fatum omnino negant: & Deum extra omnem mali patrationem inspectionémque constituunt. Aiunt autem electioni hominum vel

ἀγαθαῖς, ὑποδοξάντες παρὰ ἑλλήνων, ἀποφαίνονται τὰ τῶν ὡραίων ἀγαθῶν διάφορα ἀποκεῖσθαι, καὶ χώρον, οὔτε ὄμβροις, οὔτε νιφετοῖς, οὔτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ὃν ἐξ ὠκεανοῦ πνεῦς ἀεὶ ζέφυρος, ἁπαλῶς αὐραίνει. τὰς δὲ φαύλας, ζοφώδη, καὶ χειμέριον ἀποείζονται μυχὸν, γέμοντα πικρείαις ἀδιαλείπτων. δοκοῦσι δέ μοι κατὰ τὴν αὐτὴν σύνοιαν ἕλληνες, τοῖς τε ἀνδρείοις αὐτῶν, οὓς ἥρωας καὶ ὑμνίους καλοῦσι, τὰς μακάρων νήσους ἀναπεπεικέναι. τὰς δὲ τῶν πονηρῶν ψυχαῖς, καθ' ᾅδου τὸν ἀσεβῶν χῶρον, εἶναι καὶ κολαζομένοις τινὰς μυθολογοῦσι, σισύφους καὶ τανταλείους, καὶ ἰξίονας, καὶ τιτυούς, πρῶτον μὲν ἀϊδίους ὑφιστάμενοι τὰς ψυχὰς, ἔπειτα εἰς ἀρετῶν, καὶ κακίας διαστέλλουσι. τοὺς μὲν ἀγαθοὺς γίνεσθαι κατὰ τὸν βίον ἀμείνους, ἐλπίδι τιμῆς καὶ μετὰ τὸν τελευτὴν. τῆς τε κακίας ἐμποδίζεσθαι τὰς ὁρμὰς δέει, προσδοκῶντες, εἰ καὶ λάθοιεν ἐν τῷ ζῆν, μετὰ τὸν θάνατον ἀϊδίαν τιμωρίαν ὑφίξειν. τάδε μὲν οὖν ἐστιωσι περὶ ψυχῆς θεολογοῦσι, ἄφυκτον δέλεαρ τοῖς ἅπαξ γευσαμένοις τῆς σοφίας αὐτῶν ἐγκαθιστάντες. εἰσὶ δ' ἐν αὐτοῖς οἱ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκειν ὑπισχνοῦνται, βίβλοις ἱεραῖς, καὶ ἁγνείαις ἀγνείαις, καὶ προφητῶν ἐπῳδαῖς ἐμπαρδευόμενοι. σπανίως δὲ εἴποτε ἐν τοῖς προαγορεύσεσιν ἀστοχήσουσιν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ἐστιωσῶν τάγμα, ὃ διάφορον μὲν καὶ ἐθῶν καὶ νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἁρμόττον, διεστὸς δὲ τῇ περὶ γάμου δόξῃ. μάλιστα γὰρ ἀποκόπτειν οἴονται τὸν βίου μέρος τὸν ἀφροδισίων, τοὺς μὴ γαμοῦντας, μᾶλλον δὲ εἰ πάντες τὸ αὐτὸ φρονήσαν, ἐκλιπῶν ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον γένος. δοκιμάζουσι μὲν τὰς γαμετὰς, ἐπειδὰν ἐξ καθαρθῶσιν εἰς πεῖραν τοῦ δύνασθαι τίκτειν, οὕτως ἄγονται. τὰς δὲ ἐγκύμονας οὐκ ὁμιλοῦσι, σὺν δὴ τεκνώμενοι, τὸ μὲν δὲ ἡδονὴν, ἀλλὰ τέκνων χρείαν γαμοῦσι. γυναῖκὰ δὲ τὰς γυναῖξὶν ἀμπεχομένας σύνδυμα, καθάπερ τοῖς ἀνδράσιν ἐν περιζώματα. τοιοῦτα μὲν ἔθη τῶδε τοῦ τάγματος. δύο δὲ πρῶτα, φαρισαῖοι μὲν, οἱ δοκοῦντες μὴ ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι τὰ νόμιμα, καὶ τὴν πρώτην ἀπάγοντες αἵρεσιν, εἱμαρμένῃ τε καὶ θεῷ πεπιστεῦκασι πάντα. καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια, καὶ μὴ, κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις κεῖσθαι. βοηθεῖν δὲ εἰς ἕκαστον, καὶ τὴν εἱμαρμένην. ψυχὴν δὲ πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα, τὸν τῶν ἀγαθῶν μόνον. τὸν δὲ τῶν φαύλων, ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ κολάζεσθαι. σαδδουκαῖοι δὲ τὸ δεύτερον τάγμα, τὸν μὲν εἱμαρμένην παντάπασιν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τὸ κακὸν, ἢ ἐφορᾶν τίθενται. φασὶ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων ἐκλογῇ, τὸ καλὸν καὶ τὸ κακὸν προκεῖσθαι. καὶ τὸ κατὰ γνώμην ἑκάστῳ τούτων ἑκατέρῳ προσιέναι. ψυχῆς τε τὸν ὄλεθρον, καὶ τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμᾶς, ἀναιροῦσι. καὶ φαρισαῖοι μὲν φιλάλληλοί τε, καὶ τὴν εἰς τὸ κοινὸν ὁμόνοιαν ἀσκοῦντες. σαδδουκαῖοι δὲ πρὸς ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτεροι,

bonum, vel malum esse propositum: & secundùm voluntatem propriam, alterutrum vnicuique cõtingere. Animarum autem generaliter vel supplicia denegant vel honores. Et Pharisæi quidem sociales: & qui studeant se mutua dilectione complecti: Sadducæi verò & inter se feris moribus discrepantes,

αὖτε

αὖτι ἐπιμιξίαι πρὸς τοὺς ὁμορίους ἀπιστίας ὡς πρὸς ἀλλοφύλους. τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν Ἰουδαίοις φιλοσοφουμένων εἶχον εἰπεῖν. A & conuersatio eorum circa exteros inhumana. Hæc sunt quæ de Iudæorum philosophis dicenda reperi: nunc ad inceptum reuertor.

Κεφ. ιγ. Τῆς ἀρχελάου ἐθναρχίας μεταπεσούσης εἰς ἐπαρχίαν οἱ λοιποὶ, Φίλιππός τε καὶ Ἡρῴδης ὁ κληθεὶς ἀντίπας, διῴκουν τὰς ἑαυτῶν τετραρχίας. σαλώμη δὲ τελευτήσασα, Ἰουλίᾳ τῇ τοῦ Σεβαστοῦ γυναικὶ τέλει τε αὐτῆς τοπαρχίαν καὶ ἰάμνιαν, καὶ τοὺς ἐν Φασαηλίδι φοινικῶνας κατέλιπεν. μεταβάσης δὲ εἰς πλείονα τὸν Ἰουλίας ἐπὶ τὸ Ῥωμαίων ἡγεμονίας, μετὰ τέλει τοῦ αὐγούστου τελευτὴν, ἀφηγησαμένου τῇ τετραρχίᾳ ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα πρὸς ἕνασιν ἐξ καὶ ἡμέρας δυσὶν, ὀλιγομείναντες ἐν ταῖς τετραρχίαις, ὅτε Ἡρῴδης καὶ Φίλιππος, ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν Πανιάδι πόλιν κτίζει καισάρειαν, καὶ ἄλλη κάτω γαυλανιτικὴν, Ἰουλιάδα. Ἡρῴδης δὲ ἐν μὲν τῇ Γαλιλαίᾳ, Τιβεριάδα. ἐν δὲ τῇ Περαίᾳ, Φερώνυμον Ἰουλίας. B Cap. VIII. De Pilati regimine. Ant. li. 18. cap 3. lium Romano imperio, post mortem scilicet Augusti, qui præfuit rebus annis septem & quinquaginta, mensibus sex, diebus duobus, manentes in tetrarchiis suis Herodes ac Philippus: hic quidem iuxta fontes ipsos, è quibus Iordanis flumen exoritur, in Paneade condidit ciuitatem, quam Cæsaream vocitauit: aliámque in inferiore Gaulanitide, quam Iuliadem nominauit. Herodes verò in Galilæa Tiberiadem, in Peræa autem cognominem Iuliæ.

Κεφ. ιδ. Πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ὑπὸ Τιβερίου πιλάτος, νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς Ἱεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς καίσαρος εἰκόνας, σημαίαν καλοῦντες. τὸ μὲν ἡμέραν μεθ' ἡμέραν παραχὴν ἤγειρεν Ἰουδαίων. οἵτε γὰρ ἔθεσι πρὸς τέλει ὁμοίως ἐξεπλάγησαν, ὡς πεπατημένων αὐτοῖς τῶν νόμων. οὐδὲν γὰρ ἀξιοῦσιν ἐν τῇ πόλει δίκαιον τεθεᾶσθαι. ἔτι πρὸς τέλει ἀγανακτήσιν τῶν κατὰ πόλιν ἀθρόοι ἐκ τῆς χώρας λαὸς συνέῤῥυσεν. ὁρμήσαντες δὲ πρὸς τὸν πιλάτον εἰς καισάρειαν, ἱκέτευον ἐξενεγκεῖν Ἱεροσολύμων τὰς σημαίας, καὶ τηρεῖν αὐτοῖς τὰ πάτρια. πιλάτου δ' ἀρνουμένου περὶ τῆς ἱκεσίαν, ἀθρόοις καταπεσόντες ἐπὶ πέντε ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας, ἀκίνητοι διεμαρτύροντο. τῇ δὲ ἑξῆς ὁ πιλάτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ, καὶ προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος, ὡς ἐπανορθώσων δῆθεν αὐτοῖς θέλων, δίδωσι τοῖς στρατιώταις σημεῖον, ἐν συνταγματος κυκλώσασθαι τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὅπλοις. περιστάσης δὲ τῆς ἴσχυι τῆς φάλαγγος, οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἀγανεῖς ἦσαν, πρὸς τὸ ἀδόκητον τῆς ὄψεως. πιλάτος δὲ κατακόψειν ἐπεὶ αὐτοὺς, εἰ μὴ προσδέξαιντο τὰς καίσαρος εἰκόνας, γυμνοῦν τὰ ξίφη τοῖς στρατιώταις ἐκέλευεν. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καθάπερ ἐκ συνθήματος ἀθρόοι καταπεσόντες, καὶ τοὺς αὐχένας προκλίναντες, ἑτοίμους εἰς αἵρεσιν σφαγῆς εἶδον μᾶλλον, ἢ τὸν νόμον παραβλεῦσαι. θαυμάσας δ' ὁ πιλάτος τὸ τῆς δεισιδαιμονίας ἄκρατον, ἐκκομίσαι μὲν αὐτίκα τὰς σημαίας Ἱεροσολύμων κελεύει. μετὰ ταῦτα, παραχὴν ἑτέραν ἐπῆγε, τὸ ἱερὸν θησαυρὸν, καλεῖται δὲ κορβωνᾶς, εἰς καταγωγὴν ὑδάτων ἐξαναλίσκων. καθῆγε δὲ ἀπὸ τετρακοσίων σταδίων. πρὸς τοῦτο τὸ πλῆθος ἀγανάκτησις ἦν, καὶ τὸ πιλάτου παρόντος εἰς Ἱεροσόλυμα, θορυβήσαντες τὸ βῆμα κατιβόων. ὁ δὲ, προῆδει γὰρ αὐτὴν τέλει παραχὴν, καὶ τοῦ πλήθους τοὺς στρατιώτας ἐν ὅπλοις ἐδήσιον ἰδιωτικῆς κεκαλυμμένους ἐσθῆτος ἐγκαταλήξας τὸ ξίφει μὲν χρῆσαι κωλύσας, ξύλοις δὲ παίειν τοὺς κεκραγότας ἐκέλευσε. μέλλοντος δὲ τοῦ βήματος τυπτόμενοι δ' οἱ μὲν Ἰουδαῖοι, πολλοὶ μὲν ὑπὸ τῶν πληγῶν, πολλοὶ δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ καταπατηθέντες ἀπώλοντο. C Missus autem à Tiberio in Iudæam Pilatus, cùm curandam accepisset regionem, nocte intempesta opertas in Hierosolymam intulit imagines Cæsaris, quæ res post triduum ingentem inter Iudæos suscitauit tumultum: nam qui aderant stupore permoti sunt, quasi iam profanatas leges suas viderent. Nullum enim fas esse collocari in vrbe simulacrum. Ad querelam autem eorum qui in ciuitate erant, subito etiam ex agris multitudo confluxit. Euntes autem ilico Cæsaream ad Pilatum, intentissimè deprecabantur, vt ab Hierosolymis auferrentur imagines, & eis iura patria seruarentur. Pilato autem supplicantibus abnuente, circa domum eius proni corruerunt: & immobiles quinque diebus continuis noctibúsque mansêre. Pòst autem Pilatus tribunal ascendens, studio magno conuocat multitudinem Iudæorum, quasi qui eis vellet dare responsum: cùm subitò milites accepto signo (sic enim iam fuerat præparatum) armati circunstetterunt Iudæos: circundataque triplici acie, Iudæi quidem stuporis erant pleni, videntes insperatam rerum faciem. Tunc Pilatus denuncians trucidaturum se omnes, nisi imagines Cæsaris susciperent, annuit militibus vt educerent gladios. Iudæi autem quasi vno consilio omnes subitò corruerunt, & ceruices nudatas excipiendis ictibus paratunt, vociferantes vniuersos se interfici magis velle quàm legem profanari. Tunc Pilatus circa religionem studium populi demiratus, confestim de Hierosolymis statuas iussit auferri. Deinde verò conturbationem alteram commouebat: Est apud eos sacer thesaurus quem Corban dicunt, hunc ad inductionem aquarum iussit expendere, erat autem inducenda aqua ab stadiis trecentis. ob hoc itaque vulgi oriebantur querelæ: ita vt etiam Pilati qui Hierosolymam venerat, cum clamore circumdarent tribunal. Ille autem præuiderat tumultum eorum: siquidem populo permiscuit armatos milites, qui tunc essent priuatorum vestibus induti: præcepítque vt gladiis quidem non vterentur, fustibus autem acclamantes ferirent. Sícque compositis rebus, dat ex tribunali signum, confestímque cædebantur Iudæi: quorum multi quidem plagis, multi verò se inuicem conculcantes, in fuga misera contritione perierunt.

Tunc ad calamitatem interfectorum ſtupens multitudo conticuit: atque ob hoc accuſator Herodis tetrarchæ Agrippa, qui fuit filius Ariſtobuli, quem pater Herodes interfecit, ad Tiberium venit. Illo autem non ſuſcipiente accuſationem, reſidens Romæ & reliquorum quidem potentium notitias ambiebat: maximis autem colebat officiis Germanici filium Caiũ, cùm adhuc eſſet priuatus. Et quodam die inter copioſum epularum apparatum, quibus eum demerebatur, ad vltimum extenſis manibus, apertè Deum cœpit precari, celeriter illum mortuo Tiberio dominum cunctorum videre. Hoc cùm quidam è familiaribus eius Tiberio nunciaſſet, ſtatim concludi iuſſit Agrippam, qui ſub grandi ærumna, vſque ad mortem Tiberij, in carcere per menſes ſex tenebatur. Sed defuncto eo, poſt regnum annorum duorum & viginti, ſex menſium, trium dierum, ſuccedens in imperium C. Cæſar abſoluit Agrippam vinculis, & tetrarchiam Philippi (iam enim is deceſſerat) ei tradidit, regémque appellauit. Cùm veniſſet autem in regnum Agrippa, Herodis tetrarchæ cupiditates per inuidiam ſuſcitauit. Irritabat autem eum maximè in ſpem regni Herodias vxor, exprobrans ei ſocordiam, & dicens, quia per id quòd noluerat ad Cæſarem nauigare, careret poteſtate maiore. nam cùm Agrippam ex priuato regem feciſſet, quomodo dubitaret illum ex tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes, venit ad Caium, à quo ob auaritiam vehementer increpitus, ad Hiſpaniam fugit: ſecutus eum quippe fuerat accuſator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius C. Cæſar adiecit. Atque ita Herodes quidem in Hiſpania, peregrinante ſecum etiam vxore, deceſſit.

Ant. li. 15. cap. 14.

CAP. IX. De ſuperbia Caij, & Petronio præſide.

CAius verò Cæſar in tantum contumelioſè abuſus eſt fortuna, vt etiam & Deum ſe putaret, & vellet vocari. Patriam quoque ſuam multorum nobilium cæde truncauit. Extendit autem impietatem ſuam etiam in Iudæam: Petronium denique cum exercitu Hieroſolymam miſit, præcipiens vt in templo ſtatuas eius locaret: quas niſi ſuſciperent Iudæi, contradicentes quidem ex his interficeret, reliquam verò multitudinem captiuaret. Permouebat autem hoc profectò Deum. Et Petronius quidem cum tribus legionibus, multiſque è Syria auxiliaribus properabat in Iudæam ex Antiochia. Iudæorum verò quidam non credebant famæ bellum nuntianti. qui verò credebant, nihil de reſiſtendo poterant comminiſci. Celeriter autem in omnes peruadit metus, nam iam Ptolemaidem peruenerat exercitus. Eſt autem hæc ciuitas Galilææ littore in magno campo ſita: circundatur autem montibus ab Orientali plaga per ſexaginta ſtadia diſparatis, ſed ad Galilæam pertinentibus: à meridiana autem Carmelo, qui abeſt ſtadiis centum viginti: à Septentrionali quoque monte qui eſt altiſſimus, quem vocant incolæ Scalam Tyriorum: & hic autem diſtat ſtadiis centum. Ab ea autem vrbe diſtans duobus ſtadiis præterlabitur fluuius, quẽ vocant Beleum, exiguus prorſus: cui prope eſt ſepulcrum Memnonis, habens iuxta ſe

Ant. li. 15. cap. 15.

Κεφ. δ

φ.λεῖ Ταῦτα δ' εἰπὼν τοῦ θείου, προθυμίαν δ' ἀμφὶ B Rapere autem victoriam possumus: & quos à patre mitti nobis speramus auxilio, conuenit antecapere, vt & maior sit & socium non habeat virtutis effectus. Equidem puto nunc de me ac patre meo vobísque pariter iudicium fieri, si ille quidem rebus ante gloriosè gestis dignus fuit, ego verò eius sum filius, vósque milites mei. nam illi vincere consuetum est. ego verò reuerti ad eum perpetiar victus? quo pacto autem vos non puduerit, duce vestro periculis occurrente, non superare? appetam enim pericula mihi credite, primúsque in hostes irrumpam. nemo autem vestrûm à me discesserit, persuasum habens, impetum meum sustentari ope diuina, & manifestissimè præsumite, quòd multo plus mixti hostibus efficiemus, quàm si extrinsecus pugnaremus. Postquam Titus hæc prosecutus est, diuina quædam alacritas militibus incidit. Et quia Traianum aduenire cum cccc. equitibus ante prælium contigit, ægrè ferebant, tanquam minueretur victoria societate. Misit autem Vespasianus & Antonium Silonem cum duobus millibus sagittariorum: vt occupato monte, qui ex aduerso erat oppido, murorum propugnatores repellerent. Et ab illis quidem ita vt præceptum fuerat, circumuenti sunt, ex ea parte subuenire tentantes. Titus autem primus perrexit citato equo in hostes, & post eum cæteri cum clamore, tanto spacio fusi, quantum aduersa acies occupauerat, vnde multo etiam plures quàm erant apparuerunt. Iudæi verò, licèt incursu eorum & disciplina conterriti, paulisper quidem primos sustinuêre congressus. Perculsi autem contis, equorúmque impetu deturbati conculcabantur: atque ita multis passim peremptis disperduntur, & in ciuitatem, vt quisque velocitatis habebat, effugiunt. Titus autem aliquos à tergo instans alios per transitum occidebat, nonnullos cursu antecapiens, ictu ora transuerberabat. multos autem, alium super alium lapsos inuoluens, conficiebat: omnesque ad mœnia confugiêtes prœueniens, detorquebat ad campum, donec vi multitudinis elapsi, in oppidum confugerunt. Excipit autem illos acerba dissensio. namque indigenis, & fortunarum suarum, & ciuitatis gratia, & ab initio bellum gestum, maximéque quod malè pugnatum fuerat, non placebat. sed populus aduenarum qui plurimus esset vim adhibebat, & inter se discordantium clamor erat, veluti iam arma caperent. Quibus auditis, nec enim procul à muris aberat, Titus exclamat: Hoc tempus est, quid moramur commilitones? Deo nobis dedente Iudæos suscipite victoriam. Non auditis clamores? qui manus nostras cuasêre, discordant: habemus ciuitatem, si modò properamus

τοῦ παρ' ἡμῶν πεμπομένους συμμάχους φθάνειν, ἵν' C quo pacto autem vos non puduerit, duce vestro periculis occurrente, non superare? appetam enim pericula mihi credite, primúsque in hostes irrumpam. nemo autem vestrûm à me discesserit, persuasum habens, impetum meum sustentari ope diuina, & manifestissimè præsumite, quòd multo plus mixti hostibus efficiemus, quàm si extrinsecus pugnaremus. Postquam Titus hæc prosecutus est, diuina quædam alacritas militibus incidit. Et quia Traianum aduenire cum cccc. equitibus ante prælium contigit, ægrè ferebant, tanquam minueretur victoria societate. Misit autem Vespasianus & Antonium Silonem cum duobus millibus sagittariorum: vt occupato monte, qui ex aduerso erat oppido, murorum propugnatores repellerent. Et ab illis quidem ita vt præceptum fuerat, circumuenti sunt, ex ea parte subuenire tentantes. Titus autem primus perrexit citato equo in hostes, & post eum cæteri cum clamore, tanto spacio fusi, quantum aduersa acies occupauerat, vnde multo etiam plures quàm erant apparuerunt. Iudæi verò, licèt incursu eorum & disciplina conterriti, paulisper quidem primos sustinuêre congressus. Perculsi autem contis, equorúmque impetu deturbati conculcabantur: atque ita multis passim peremptis disperduntur, & in ciuitatem, vt quisque velocitatis habebat, effugiunt. Titus autem aliquos à tergo instans alios per transitum occidebat, nonnullos cursu antecapiens, ictu ora transuerberabat. multos autem, alium super alium lapsos inuoluens, conficiebat: omnesque ad mœnia confugiêtes prœueniens, detorquebat ad campum, donec vi multitudinis elapsi, in oppidum confugerunt. Excipit autem illos acerba dissensio. namque indigenis, & fortunarum suarum, & ciuitatis gratia, & ab initio bellum gestum, maximéque quod malè pugnatum fuerat, non placebat. sed populus aduenarum qui plurimus esset vim adhibebat, & inter se discordantium clamor erat, veluti iam arma caperent. Quibus auditis, nec enim procul à muris aberat, Titus exclamat: Hoc tempus est, quid moramur commilitones? Deo nobis dedente Iudæos suscipite victoriam. Non auditis clamores? qui manus nostras cuasêre, discordant: habemus ciuitatem, si modò properamus

ἀκοινώνητον τε ἢ τὸ κατόρθωμα καὶ μεῖζον. νομίζω γὰρ ἐγὼ δεῖ τῆς δὲ τῆς ὥρας, καὶ τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν κρίνεσθαι κἀμὲ ἢ ὑμᾶς, εἰ πρὸ μὲν προκατορθωμάτων ἄξιος ἐκείνου, ἐγὼ δ' ἐκείνου παῖς, σπασθαι δ' ὑμεῖς ἐμοῦ. ἢ γὰρ ἐκείνῳ τὸ νικᾶν ἔθος, κἀγὼ θεῶν αὐτὸν ὑποστρέφειν οὐκ ἂν ὑπομείναιμι λειφθείς. ὑμεῖς δὲ πῶς οὐκ ἂν αἰσχύνεσθε θεὸν κινδυνεύοντος ἡγεμόνα ἡττώμενοι; θεὸν κινδυνεύσω γὰρ αὐτὸς καὶ πρῶτος εἰς τοὺς πολεμίους ἐμβαλῶν. μὴ λείπεσθε δ' ὑμεῖς ἐμοῦ, πεπεισμένοι τὴν ὁρμὴν ἐμὴν ὡδαιρετέαν εἶναι θεῷ συμμάχῳ, καὶ θεὸν γνώσεσθε σαφῶς, ὅτι δ' ἐξω μάχης, πλέον τι κατορθώσομεν.

Ταῦτα δ' εἰπόντος τοῦ Τίτου, θεσθυμία δαιμόνιος ἐμπίπτει τοῖς ἀνδράσι, καὶ θεσσχόμενόν γε ἤδη συμβαλεῖν ξαίαιον μὴ τριακοσίοις ἀνδράσιν ἱππεῦσιν, ἤχαλλον ὡς μεμιγμένης τὴν νίκης αὐτοῖς δόξαν κοινωνίαν. ἔπεμψε δὲ καὶ Οὐεσπασιανὸς καὶ Ἀντώνιον Σίλωνα σὺν δισχιλίοις τοξότας, κελεύσας καταλαβόντας τὸ ἀπόκρυ τῆς πόλεως ὄρος, τὸ ὑπὲρ τῆς τείχους ἀνείργειν. καὶ οἱ μὲν ὡς θεσταλτικὸν τοῖς ταύτῃ προσκειμένοις κωλύσειν ἔθει ἔσχον. ὁ δὲ Τίτος πρῶτος τὸν ἵππον ἔλαυνεν εἰς τοὺς πολεμίους, καὶ σὺν κραυγῇ μετ' αὐτὸν οἱ λοιποὶ παρεκτείναντες ἑαυτούς, εἰς ὅσον ἐπέσχον οἱ πολέμιοι τὸ πεδίον. παρὸ καὶ πολὺ πλείους ἔδοξαν. οἱ δ' Ἰουδαῖοι καθ' ἕν τε ἁρμὸν καὶ τὴν διάταξιν αὐτῶν καταπλαγέντες, παρὸς ὀλίγον ὁμοῦ αὐτέσχον ταῖς ἐμβολαῖς, νυσσόμενοι δὲ τοῖς κοντοῖς καὶ ῥοίζῳ τῶν ἱππέων ἀλισθέντες, συνεπατοῦντο. πολλῶν δὲ παντάχοῦ φονευομένων, διασπείρονται, καὶ θεὸς τὴν πόλιν ὡς ἕκαστος εἶχε τάχους ἔφυγον. πῆγος δὲ τοὺς μὲν κατόπιν θεσκειμένους αἴρει, τοὺς δὲ διεκπαίων ἀθεεῖς, τοὺς δὲ φθάνων κατὰ στόμα διήλαυνε, πολλοὺς δὲ συμπλοίαι θεεῖ ἀλλήλοις πεσόντας ἐμπηδῶν. πάλιν δὲ τοὺς θεὸς ἀλλήλοις φυγῇ ὑπετέμνετο, καὶ θεὸς τὸ πεδίον ἀπέστρεφεν, ἕως πρὸ πλήθει βιασάμενοι καὶ συνεκπεσόντες εἰς τὴν πόλιν διέφυγον. ἐκδίκαται δὲ αὐτοὺς σάσις εἴσω χαλεπή. τοῖς μὲν γὰρ ὅπλα χρεία δόξα τε τὰς κτήσεις, καὶ τὴν πόλιν, οὐκ ἐδόκει πολεμεῖν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τότε δόξαι τὴν ἧττον πλέον. ὁ δὲ ἔπηλυς πολὺς ὢν, πλέον ἐβιάζετο, καὶ διαρμοσθέντες ἐπ' ἀλλήλοις κραυγή τε ἦν καὶ θόρυβος, ὡς ὅσον οὔπω φερομένων εἰς ὅπλα. καταπαύσας δὲ τῆς παρούσης πίτος, οὐ γὰρ ἦν ἄποθεν τοῦ τείχους. ἔασόν με ἔφη ὁ ἡγεμὼν ἐκβοᾶν, καὶ τί συσπαπῶντας μέλλομεν, ἐκδιδόντος ἡμῖν Ἰουδαίους θεοῦ, δέξασθε τὴν νίκην, οὐκ ἀκούετε βοῆς; σασιάζουσιν οἱ τὰς χεῖρας ἡμῶν διαφυγόντες. ἔχομεν τὴν πόλιν ἐὰν ταχύνωμεν.

Verumtamen cum velocitate animis opus est. nihil enim magnum effici sine periculo consueuit. non solùm autem hostium cõcordiam, quos citò necessitas in gratiam reuocabit, sed etiam nostrorum auxilia præuenire debemus: vt præter victoriam, qua tantas copias pauci superamus, etiam ciuitate soli potiamur. Simul his dictis conscendit equum, atque ad lacum decurrit, & per eum properè ciuitatem ingreditur, quem cæteri consecuti sunt. pauor autem eius audaciæ murorum defensores inuasit, & pugnare quidem, vel prohibere venientem, nemo sustinuit. relictis autem excubiis, Iesus quidem cum sociis in agros effugit: alij verò decurrentes ad lacum, in manus hostium contrà venientium incidebant. mactabantur autem alij cùm scaphas scanderent, itémque alij, cùm iam prouectas assequi natando conarentur: plurimáque per ciuitatem fiebat hominum cædes, aduenarum quidem resistentium, qui non effugissent: indigenarum verò sine pugna, quoniam spes eos fœderis, & conscientia quòd belli consilium non habuerant, à prælio deterrebat, donec Titus nocentibus interemptis, miseratus indigenas ab internecione requieuit. At qui in lacum confugerant, vbi ciuitatem captam viderunt, quàm longissimè ab hostibus recesserunt. Titus verò missis equitibus res gestas patri nunciat. Quibus ille compertis, quod necesse fuit, & filij virtute admodum lætus, & facinoris claritudine (maxima enim belli pars videbatur exempta) tum quidem statim circundari ciuitatem custodibus iussit, ne quis ex ea subterfugeret, cædémque euaderet. postero autem die cùm descendisset ad lacum rates aduersus illos qui eò refugerant, fabricari iussit. quæ tã materiarum quàm artificum multitudine maturè contextæ sunt.

Cap. xviii. De lacu Genesar, & fontibus Iordanis.

LAcus autem Genesar quidem à terra cõtinente appellatur: x L. verò stadiis in latitudine patens, centúmque in longitudine aquę dulcis est atque potabilis. Palustri enim crassitudine tenuiores habet latices: & vndique in littora ac arenas desinens, purus est, ac præter hoc temperatus ad hauriendum. & fluuio quidem siue fonte lenior est. semper autem frigidior, quàm lacus diffusio patitur, manet: æstiuisque noctibus eius aquæ sub diuo perflatæ, nequaquam æstibus cedunt: id enim facere indigenis moris est. Varia autem sunt in eo piscium genera, ab alterius loci piscibus tam sapore quàm specie discreta: mediúsque fluuio Iordane secatur. Cæterùm Iordanis fons Panium esse videtur: sed re vera huc terra conditus fertur ex ea quæ vocatur Phiale. Hæc autem est, quà in Trachonitidem ascenditur ad c x x. stadium à Cæsarea, ad dexteram non longè à via. Et propriè quidem ex rotunditate Phiala dicitur lacus, rotæ speciem præferens. semper autem intra eius labra cohibetur vnda, nunquam deficiens vel exuberans. Cúmque interim hoc esse Iordanis principium nesciretur, à tetrarcha quondam Trachonitidis Philippo deprehensum est. Is namque missis in Phialen paleis, inuenit eas apud Paniũ redditas, vnde antea fluuius nasci credebatur. Naturalis quidem pulchritudo Panij, re-

Κεφ. λε

HAδὲ λίμνη ἡλυπσαὶρ μὲν τῆς θεσαρηῶς χώρας καλεῖ), σταδίων εὖρος οὖσα πασαράκοντα, καὶ θεὸς τοὐτοις ἑτέρων ἑκατὸν τὸ μῆκος, γλυκεῖά τε ὅμως ὄζι, & ποτιμωτάτη. καὶ γὰ τῆς ἐλώδους παχύτητος ἔχει τὸ νᾶμα λεπτότερον. καθαρά τε ὄζι πάντων αἰγιαλοῖς ὑπολιμνούσα, καὶ ψάμμῳ, θεὸς ἢ δύσεσιν ἀρύσασθαι. ποταμοῦ μὲν ἡ κρίσις θερμοτέρα, ψυχροτέρα δ' ἡ τῆς λίμνης ἀεὶ αἰσθάνεσιν. καὶ τὸ μὲν ὕδωρ, οὐκ ἀποδοῦ χρόνος ἀεραιθεῖν, ὅπερ θέρεος νυκτὸς ποιεῖν ἔθος τοῖς ὑπιχωρίοις. ἰχθῦν δὲ ἐν αὐτῇ διάφορα θεὸς τοὺς ἀλλαχοῦ, γένεσιν τε καὶ ἰδέαν, μέσῃ δὲ ὑπὸ τοῦ Iορδάνου τέμνεται. καὶ δοκεῖ μὲν Iορδάνης πηγὴ τὸ πάνειον. φέρεσ) γὰ ὑπὸ γῆν εἰς τοῦτο κρυπτὸς ἐκ τῆς καλουμένης φιάλης. ἡ δὲ ὅση αἰσίσταν εἰς τὸν ἔμπροσθεν ὑπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι καὶ σαρείας, ἐν ὁδῷ κειμένη δεξιὰ μέρος οὐκ ἄποθεν. ἐκ μὲν οὖν τῆς περιφερείας, ἐτοίμως φιάλη κέκλησ), ἔμπροσθεν οὖσα λίμνη. μένει δὲ ὅλη χείλους αὐτῆς ἀεὶ τὸ ὕδωρ, μήτε ὑπερχεῖσθαι, μήτε ὑποχωρεῖν. ἀγνοεῖτο δὲ τέως ὁ Iορδάνης ἐντεῦθεν ἄρχεται, ὅτε τὸν τραχωνίτην ἐπιλέγεται φιλίππου. βαλὼν γὰ ἐκεῖσε εἰς τὸν φιάλην ἄχυρα, καὶ τὸ πάνειον, εὗρεν ἐνεχθέντα τῷ ῥεύματι πανείου τὸ φυσικὸν κάλλος,

ὑπὸ

ὑπὸ τῆς βασιλικῆς προσεξήσκηται πολυτελείας, τὸν ἀχρίπα πλεῖον κεκοσμηκότος. ἀρχόμενος δὲ φανερῶς ῥεύματος ὁ ἰορδάνης ἀπὸ τοῦδε τοῦ αὐχένος, κόπτει μὲν τὰ τῆς σεμεχωνίτιδος λίμνης ἕλη τε καὶ τέλματα. διαμείψας δὲ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι σταδίους, μετὰ πόλιν ἰουλιάδα, διεκτέμνει τὴν ἡμισταρ μίσλω. ἔπειτα πολλὴν αἰαμοειδῆ ἐρημίαν, εἰς τὴν ἀσφαλτῖτιν ἔξεισι λίμνην. προτείνει δὲ τὴν ἡμισταρ, ὠμώνυμος χώρα, θαυμαστὴ φύσιν τε καὶ κάλλος. ἔστι γὰρ αὐτόθι τὰ φυτὰ ἀρετῆς ἄμοιρα τὴν ποιότητα, καὶ πᾶσαν περφυτεύσασιν οἱ ἐπιμόριοι. τῷ δ' αἰθέρος τὸ ἄκρατον ἁρμόζει καὶ τοῖς ὀπώροις. καρύαι μὲν γε φυτῶν τὸ χιονοειδέστατον, ἄπωρον τεθήλασιν, ἔνθα φοίνικες, οἱ καύμασι ζέφυται, συνέστηκε, καὶ ἐλαῖαι πλησίον τούτων, ἧς μαλθακώτερος ἀὴρ ἀποδέδεικται. φιλοτιμίαν δ' ἂν εἴποι τῆς φύσεως, βιασαμένης εἰς ἓν συναγαγεῖν τὰ μάχιμα, καὶ τῷ ὠφελοῦντι ἀγαθὴν ἔριν, ἑκάστης ὥσπερ αὐτοποιμένης τὸ χωρίον. καὶ γὰρ ὃ μόνον ἔχει φυτὰ δόξαι τοῖς ὀπώραις ὀπώρας, ἀλλὰ καὶ διαφυλάσσει. τὰ μὲν γε βασιλικώτατα σταφυλήν τε, καὶ σῦκον, δέκα μησὶν ἀδιαλείπτως χορηγεῖ. τοῖς δὲ λοιποῖς καρποῖς, δι' ἐτῶν ὅλου προσεπιδασκοῦσας αὐτοῖς. πρὸς γὰρ τὴν τῆς αἰῶνος δύκρασιν, καὶ πηγὴν διαφέρεται ποτιμωτάτην, καπαρναὺμ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι. ταύτην φλέβα τινὲς τοῦ νείλου δοκοῦσιν, ὑπὸ γῆν διαφεύγουσαν τὸν κῶ τὴν ἀλεξανδρέων λίμνην κοιλάνειν. μῆκος δὲ τὸ χωρίου κατατείνει πρὸς τὸν αἰγιαλὸν τῆς ὁμωνύμου λίμνης, ὅθι σταδίους ἑβδομήκοντα, καὶ δύο καὶ εἴκοσι. ταῦτα μὲν οὕτω φύσεως ἔχει. ἡσαν ἀσιανὸς δ' ἐπεὶ παρεσκευάσθησαν αἱ ναῦς, ὡς δυνάμεως ἐπῆν ἔσον, ὡς τοῖς κῶ τὴν λίμνην αὐταρκέσειν ἐπαγγέλετο. τοῖς δὲ συνελαυνομένοις, ἔτι ὅθι γῆν διαφεύξειν ἐνόμιζον, ἐκπεπολεμωμένων πάντων, ἔτι δὲ ἴσου διαγωνιεῖν. πάντα γὰρ σκάφη, μικρὰ ὄντα καὶ ληστρικά, πρὸς τὰς ναῦς ἰδίᾳ ἀθροίζοντες, καὶ καθ' ἕκαστον ἐμπλέοντες ὀλίγοι πρὸς ἀθρόους ἐφεστῶτας τοὺς ῥωμαίους, ἐγγίζειν ἐδεδοίκεσαν. ὅμως δ' ἔν ἐκπροσπλέοντες τὰς ναῦς, ἔστι δ' ὅπου καὶ πλησιάζοντες, βοὴ ῥωμαίους ἔβαλλον λίθοις, καὶ διαξύοντες ἐγύθεν ἔπαιον. ἐκακοῦτο δ' αὐτοῖ πλέον καὶ ἀμφότερα. ταῖς γὰρ χερμάσιν ὑπὸ ῥοθοῦντες ὅτι μὴ κτύπον ἐπάλληλον, εἰς δὲ πεφραγμένους ἔβαλλον, ἐφικτοὶ τοῖς ῥωμαίων ἐγίνοντο βέλεσι, καὶ πλησιάζειν τολμῶντες, πρὶν δρᾶσαί τι παθεῖν ἔφθανον, καὶ συὺ αὐτοῖς ἐβαπτίζοντο σκάφεσι. τῷ δὲ διεκπαίειν πειρωμένων, πολλοὺς μὲν ἐφικνέμενοι κοντοῖς διέπειρον, οἷς δὲ ξιφήρεις ὑπερβαπτιδῶντες εἰς τὰ σκάφη, τινὰς δὲ συμπεχούσας ταῖς χερσὶν ἐναπολιφθέντας μέσους, εἶλον ἅμα ταῖς ἁλιάσι. τῷ δὲ βαπτιζόντων τοὺς ἀναδύοντας, βέλος ἔφθανεν, ἢ χερσὶ καταλάμβανε, καὶ προσβαίνειν ὑπ' ἀμηχανίας εἰς τοὺς ἐχθροὺς πειρωμένων, ἢ κεφαλὰς ἢ χεῖρας ἀπέκοπτον οἱ ῥωμαῖοι. πολλὴ τὲ ἦν αὐτόθι, καὶ ποικίλη φθορὰ παντοχοῦ, μέχρι ἔπιπτον ὅθι τὴν γῆν ἐξώθησαν οἱ λοιποὶ, κεκυκλωμένων, αὐτοῖς τ' ἁλιάσιν. ἐκκλειόμενοι δ' πολλοὶ μὲν ἐν αὐτῇ κατεκοντίζοντο τῇ λίμνῃ, πολλοὺς δ' ἐκπεσόντας

A gis opibus & Agrippę diuitiis magnificentius accurata est. Manifestum autem flumen Iordanis ex hoc antro incipiens, Semechonitis quidem lacus paludes secat cœnosas: centum autem & viginti aliis præteritis stadiis, post oppidum Iuliada, Genesar lacum medium transemensus, deinde multam per solitudinem in Asphaltiten lacum exit. Ad Genesar verò lacum eiusdem nominis terra prætenditur, natura simul & pulchritudine admirabilis. Nullum enim ipsa pro vbertate sui negat arbustum, totámque plantis consuetę cultores. cæli verò temperies etiam diuersis aptissima est. nuces enim, quæ arborum maximè frigoribus gaudent, infinitæ floresçunt: vbi etiam palmæ, quas nutrit calor ęstiuus: has iuxta ficus & oleæ, quibus aura mollior destinata est: vt naturæ magnificentiam hanc esse quis dixerit, vim adhibentis vt in vnum conueniant inter se repugnantia, anníque temporum contentionem bonam, veluti singula peculiari studio terræ fauerent. non enim solùm nutrit præter opinionem poma varia, sed etiam seruat, egregia quidē, & quodāmodo regalia. Vuas sanè caricas intermissione decē mensibus suggerit, cæreros verò fructus, anni spatio senescentes. Nam præter aëris lenitatem, & fonte quoque irrigatur vberrimo, qui Capernaum ab indigenis appellatur. Eum nonnulli venam esse Nili fluminis opinantur, quòd similes coracino Alexandrino generat pisces. Lōgitudo autē regionis secundùm littora cognominis lacus xxx. stadiis extēditur, & latitudo xx. Horum quidem natura eiusmodi est.

Cap. XIX. Tarichææ excidium.

VEspasianus autem perfectis ratibus, imposita manu militum, quanta in eos qui lacu effugerant satis esset, vnà prouehitur. Illi autem neque compulsi ad terram euadendi facultatem habebant, infestis omnibus neque nauali bello pari conditione pugnandi. nam & scaphæ paruæ, atque piraticæ aduersus rates infirmæ erant: & cùm pauci singulis veherentur, cunctis simul instantibus Romanis appropinquare metuebant. Verumtamen circum rates nauigando, nonnunquam etiam propè accedendo, lapidibus Romanos eminus appetebant, aut cominus etiam irritando feriebant: plus autem ipsis vtroque modo nocebatur. nec enim saxis quicquam præter crebros sonitus agebant, quoniam contra septos armis iacebantur, contiguíque sagittis eorum efficiebantur, & si accedere propius ausi fuissent, priusquam facerent aliquid, patiebantur, cúmque ipsis nauigiis mergebantur. Multos autem vulnera inferre tentantium, qui pilis contingi possent, alios desiliendo in scaphas Romani gladiis transfigebant: nonnullos, concurrentibus inter se ratibus in medio deprehensos, cum nauiculis capiebant. Submersorum autem qui capita sustulissent, aut sagittis præueniebantur, aut ratibus occupabantur: & si desperatione compulsi inimicis adnatare tentassent, eis vel manus vel capita truncabantur, plurimúsque passim ac varius erat interitus eorū, donec in fugā versi, cæteri terræ appulsi sunt, circumclusis nauiculis suis. Excluſi autē multi quidē in ipso lacu telis cōfigebātur, multos verò in terrā egressos

peremerunt Rom. Mixtum autem sanguine, plenúmque cadaueribus cerneres totum lacum. nullus enim saluus euasit. Acerbus autem secutis diebus odor illam regionem oppressit & facies. nam littora quidem naufragiis simul plena erant, & corporibus tumidis, calescentes autem ac tabefacti mortui, cœli tractum corrumpebant, vt non Iudæis solùm ille casus miserabilis videretur, verùm etiam autoribus ipsis esset inuisus. Iste quidem illius prælij naualis exitus fuit. Perierunt cum his, qui pridem in ciuitate cecidêre, sex millia & quingenti. At Vespasianus, pugna peracta, pro tribunali apud Tarichæas residens, aduenam populum ab indigenis secernebat, qui autor belli extitisse videbatur: & an hi quoque seruandi essent, cum rectoribus deliberabat, his autem affirmantibus eorum liberationem, detrimento futuram: nec enim demissos quieturos posse homines, qui & patriis careront, vimque adhibere ac bellum inferre possent ad quos confugissent: Vespasianus salute quidem indignos esse eos, contráque seruatores suos nouerat euasuros: sed de eorum mortis genere cogitabat. Nam si ibi occiderentur, non perpessuros suspicabatur indigenas, tot apud se supplices obtruncari: fidéque interposita deditis vim pigebat afferre: verùm ab amicis superabatur, nihil in Iudæos non licere dicentibus: quódque vtile esset, honesto debere præponi, cùm vtrunque obtineri non posset. Indubitata igitur concessa licentia, solo eos itinere, quod Tiberiade duceret, exire permisit. Cúmque illi facilè his, quæ cupierant credidissent, & quò iussum fuerat comitati, neque pecuniis suis quicquam metuentes abirent: totam ad Tiberiada vsque viam Romani, ne quis euaderet, occupauerunt: cósque in ciuitatem conclusos, mox insecutus Vespasianus omnes in stadio constituit. Et seniores quidem cum imbellibus, qui mille ducenti erant, iussit occidi: iuuenum autem validissimos sex millia lectos, ad Isthmon Neroni transmisit. Cæteram verò multitudinem triginta millia & quadringentos vendidit, præter alios quos Agrippæ donauerat. nam his, qui ex eius regno essent, facere quod vellet ipse permisit. Verùm & istos rex vendidit. Reliquum vulgus erant Trachonitæ & Gaulanitæ & Hippeni, pluréque Gadaritæ, seditiosi & fugitiui, & quibus probra pacis bellum conciliant. Capti sunt autem VI. Idus Septembris.

οἱ ῥωμαῖοι διέφθειρεν ὅλη γῆς. ὧν δὲ ἰδίων πεπεραμένων μὲν αἵματι, πεπληρωμένων δὲ νεκρῶν τὸν λίμνην ἅπασαν. διεστὼς γὰρ ὑδρὶς. ὀδὴν ἡ τετάρτης ἡμέρας ἐπῆλθε τὴν χώραν, ὀδ μόνον ἦν ὄψις. οἱ μὲν γὰρ αἱματα λοὶ ναυαγίων καὶ ἅμα διοιδούμενοι ἐλεεινὸν θέαμα ἦσαν, ἐλκομένων ἢ καὶ μυδώντες οἱ νεκροὶ, τὰ αἴσχη διέφθειραν, ὡς μὴ ὑγιὲς οἰκτρὸν ἰουδαίοις ἡδύνατο τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ δι' ὀλίγου μίσους τοῖς ῥωμαίοις ἦν ὄθεν. τὸ μὲν οὖν ἐκείνης τῆς ναυμαχίας τὸ τέλος. ἀπέθανον δὲ σὺν τοῖς ἐν τῇ πόλεως πρόσθεν πεσοῦσι, ἑξακισχίλιοι πεντακόσιοι.

Ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς ἐπὶ μὲν τὰ μάχιμα, καθίζει μὲν ἐπὶ βήματος ἐν ταριχαίαις, διακρίνων δὲ ἀπὸ τῶν ἐπιχωρίων, τὸν ἔπηλυν λεών, κατάρξαι δὲ δόξαι ἐδόκει πολέμου, μὴ τῶν ἡγεμόνων εἰ χρὴ καὶ τούτοις σώζειν δικαίως ἐπέτρεπε. θαμέναν δὲ πάντων ἐλαφρὰν εἶναι τὴν ἄφεσιν αὐτῶν, οὐ γὰρ ἡσυχάσειν δυνησομένους, αὐθρώπους ἐσερχομένους μὲν πρὸς ἐδους, βιάζεσθαι δὲ καὶ πρὸς οἷς ἂν καταφύγωσι πολεμεῖν δυναμένους. οὐσπασιανὸς δὲ, ὡς μὲν οὔτε ἀξίους σωτηρίας εἶναι, καὶ ἀλαφρὰ ἔχοντας κτῆμα τὴν ἀφοσίωσιν ἐλπίσας ε, τὸν τρόπον τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν διενοεῖτο. μὴ γὰρ αὐτόθι κτείνειν, ἐκπολεμώσειν ὑφοᾶτο τοὺς ἐπιχωρίους. οὐ γὰρ ἀνέχεσθαι φονευομένων ἱκετῶν τοσούτων παρ' αὐτοῖς. μὴ μὴν πίστεις ἐπιθέσθαι προελθοῦσιν οὐχ ὑπέμενεν. ἐξαίφνης δὲ οἱ φίλοι, μηδὲν κτείνειν ἰουδαίων ἀσεβὲς εἶναι λέγοντες, καὶ χρεῶν τὸ συμφέρον αἱρεῖσθαι πρὸ τοῦ πρέποντος, ὅταν ἡ μὲν δύνωνται ἀμφω. καταβύσας ἐν αὐτοῖς ἄδειαν ἀμφίβολον, ἐπέτρεψεν ἐξεῖναι δι' ἐμπορίας τῆς ἐπὶ θαλάσσης φεύγουσι ὁδοῦ. τῶν δὲ πλήθους πεσόντων, οἷς ἄδηλον, μὴ μὴ φανερῶν ἐν ἀσφαλεῖ τῶν χωμάτων, ἢ περ ἐπέβαινον χωρουμένων, διελαμβάνουσι μὲν οἱ ῥωμαῖοι τὰ μέχρι τιβεριάδος πᾶσαν, ὡς μήτις ἐκκλίνειεν, συγκλείουσι δ' αὐτοὺς εἰς τὴν πόλιν. μετανασταὶς ἐπελθὼν, ἵστησι πάντας ἐν τῷ σταδίῳ. καὶ γεραιοὺς μὲν ἅμα τοῖς ἀχρήστοις διακοσίους ὄντας ἐν χιλίοις ὄντας, αὐθημὲν ἀνεῖλεν. τῶν δ' νέων ἐκλέξας τοὺς ἑξακισχιλίους, ἔπεμψεν εἰς τὸ ἰσθμὸν νέρωνι. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος εἰς ἑξακισχιλίους, καὶ τριακοσίους ὄντας πωλεῖται, χωρὶς τῶν ἀγρίππα χαρισθέντων. τοὺς δὲ ἐκ τούτου βασιλείας, ἐπέτρεπεν αὐτῷ ποιεῖν ἅ, τι βούλοιτο. πωλεῖται δὲ ἐκ τούτου ὁ βασιλεύς. ὁμοῦ γε ἄλλο ὄχλος, τραχωνῖται, καὶ γαυλανῖται, καὶ ἱππηνοὶ, καὶ οἱ ἐκ τῆς γαδαρίτιδος, τὸ πλέον ὡς στασιασταὶ καὶ φυγάδες, καὶ οἷς τὰ τῆς εἰρήνης ὀνείδη τὸν πόλεμον προξένει, ἐλλωσιν ὀρφανοῖς μίσος ὀργῆς.

ΦΛΑ-

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΣ Δ'.

FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAICO LIBER QVARTVS.

Κεφ. α.

ΟΙ μὲν τῶν Ἰωταπάτων ἁλωσιν γαλιλαῖοι, ῥωμαίων ἀφεστήκεσαν, οὗτοι τῇ ἐν ταριχαίαις ὑπηθέντων προσχώρουν, καὶ παρέλαβον πάντα ῥωμαίοις τὰ φρούρια, καὶ τὰς πόλεις, πλὴν γισχάλων καὶ τοῦ ἰταβύριον ὄρους κατέχοντων. συνέσπι δὲ τούτοις, καὶ γάμαλα πόλις ταριχαιῶν ἀπικρις ὑπὲρ τὴν λίμνην κειμένη. τῆς δὲ ἀχρίππα λήξεως αὕτη τὸ λεῖ, καὶ σογάνη, ἡ σελεύκεια. καὶ αἱ μὲν ἐν γαυλανίτιδος ἀμφότεραι. τὸ δὲ ἄνω καλούμενον γαυλανῖτις, μέχρις λίμνης σογάνης, τὸ κάτω δὲ ἡ γάμαλα. σελεύκεια δὲ, πρὸς τῇ σεμεχωνίτιδι λίμνῃ. ταύτης τριάκοντα μὲν εὖρος, ἐξήκοντα δὲ μῆκος στάδιοι διατείνει ἡ αὐτῆς τὰ ἕλη, μέχρι δάφνης χωρίου, πάντα ἄλλα ξυμφεροῦσι, καὶ πηγὰς ἔχοντες, αἳ τρέφουσι τὸν μικρὸν καλούμενον ἰορδάνην ὑπὸ τὸ χρυσοῦν βοὸς νεών, προσπέμπουσι τῇ μεγάλῃ. τοὺς μὲν οὖν δύο σογάνην, καὶ σελεύκειαν, ὧδε τῷ ἀρχῷ τῆς ὑποστάσεως, δεξιᾶς ἀχρίππας προσαγάγετο.

Κεφ. β.

ΓΆμαλα δὲ οὐ προσεχώρει, πεποιθυῖα τῇ δυσχωρείᾳ, πλέον τῶν Ἰωταπάτων. ἔχεις γὰρ αὐχὴν ἀφ' ὑψηλοῦ κατατείνων ὄρους, μέσον ἐπαίρει τένοντα. μηκύνεται δὲ ἐκ τῆς ὑπωρείας εἰς τοὔμπροσθεν ἐγκλίνων ὅσον κατόπιν, ὡς εἰκάζεσθαι καμήλῳ τὸ χῆμα, παρ' ἣν ὠνόμασαν, τὸ ζῷον τῆς κλίσεως οὐκ ἐξακριβούντων τῶν ἐπιχωρίων. καὶ πλευραὶ μὲν δι' ἣν προσωπον, εἰς φάραγγας ἀβάτους προκλίζεται. τὸ κατ' οὐρὰν δὲ, ὀλίγον ἀναφεύγει τῆς δυσχωρείας, ὅθεν ἀπέρτηται τῷ ὄρει, καὶ τοῦτο ὀλιγαρσίᾳ σφαλερὰς πάρροας, δύσβατον οἱ ἐπιχώριοι κατεσκεύασαν. πρὸς ὀρθίῳ δὲ τῇ λαγόνι, διεδομημέναι πετρίνων δειραὶ ὑπ' ἀλλήλαις αἱ οἰκίαι, κρημνιζομένῃ τὴν πόλιν ἐοικυῖα, καταζέχει εἰς ἑαυτὴν ὑπὸ τῆς ὀξύτητος. καὶ πρὸς μεσημβρίαν μὲν ἔκλινεν. ὁ νότῳ δὲ αὐτῆς ὄγθος, εἰς ἀπειρον ὕψος ἀνατείνων, ἄκρα τ' πόλεως ἐῶν. ἀτείχιστος δὲ ὑπὲρ αὐτῆς κρημνὸς εἰς τὴν βαθυτάτην καταλήγων φάραγγα. πᾶν γὰρ ὅσον τὸ τεῖχος, ἐφ' ἑαυτὸ τὸ ἄκρον κατέληγε. οὕτως οὖσαν φύσει δύσμαχον τὴν πόλιν,

A VICVNQVE autem Galilæorum Iotapatis excisis Romanis defecerant, hi se ad eos postquam Tarichææ superati sunt, applicabant: omniáque Romani castella & ciuitates ceperant, præter Giscalam, & qui montem Itaburium occuparant. Cum his autem rebellarat Gamala ciuitas, contra Tarichæas posita B supra lacum, quæ ad fines pertinebat Agrippæ, itémque Sogane & Seleucia. Et hæ quidem Gaulanitidis regionis erant ambæ: Sogane superioris partis, cui nomen est Gaulana, & inferioris Gamala. Seleucia verò ad lacum Semechonitem, triginta latum, & l x. stadiis longum, paludésque suas ad Daphnen vsque tendentem. Quæ regio cùm aliàs sit delicioſa, præcipuè tamen fontes habet, qui minorem (quem sic appellant) Iordanem alentes sub aureo Ioquis templo in maiorem deducunt. Soganen C quidem ac Seleuciam colentes, in principio defectionis Agrippa sibi fœdere sociauerat. Gamala verò ei non cedebat, freta locorum difficultate amplius quàm Iotapata. Iugum namque asperum, ex alto monte deductum, mediam ceruicem erigit: & vbi supereminet, in longitudinem tenditur, tantum contrà declive, quantum à tergo, vt cameli similitudinem præferat: vnde nomen etiam duxit, nisi quòd expressam vocabuli significationem D indigenæ seruare non possunt. Et à fronte quidem ac lateribus, in valles inuias scinditur. Pars verò qua de monte pendet, paululum difficultatem refugit. Verùm & hanc partem per obliquum excisa fossa, indigenæ inuiam fecerunt. Domus autem crebræ per prona erant ædificatæ, nimióque præcipitio casuræ similis ciuitas intra se decurrebat, in Meridiem vergens. Australis verò collis immensa editus altitudine, vsum arcis sine muro ciuitati præbebat, rupésque superior ad profundam pertinēs vallē. Fons autē intra muros erat, in quem oppidum desinebat. Quāuis aūt natura inexpugnabilis esset ciuitas,

Cap. 1. Obsidio Gamalensium.

tamen etiam Ioſephus cùm murorum eam ambitu cingeret, foſſis & cuniculis reddidit firmiorem. Eius autem habitatores, natura quidem loci confidentiores erant, quàm Iotapateni: ſed multo pauciores, minúſque pugnaces: ſitúſque freti difficultate, plures ſe hoſtibus putabant. nam plena erat ciuitas, multis in eam, quòd eſſet tutiſſima, confugientibus. Vnde ab Agrippa quoque præmiſſis ad obſidionem, per menſes ſeptem reſtitêre. Veſpaſianus autem profectus ex Ammaunte, vbi pro Tiberiade poſuerat caſtra (Ammaus autem, ſi quis nomen interpretetur, aquæ calidæ vocantur. Ibi enim eiuſmodi fons eſt, ſanandis corporum vitiis idoneus) Gamalam peruenit. & totam quidem ciuitatem, ita vt diximus poſitam, cuſtodia circumuallare nequibat. quà verò fieri poſſet, excubias collocauit: montémque occupabat ſuperiorem: in quo milites caſtris, ita vt aſſolet, muro circundatis, opus aggerum poſtremo aggrediuntur. Et à parte quidem Orientis ſummo ſupra ciuitatem loco turris erat: vbi & quintadecima legio, necnon & quinta contra mediam ciuitatem operabatur. foſſas autem decima replenit & valles. Inter hæc Agrippam regem, cùm acceſſiſſet ad muros, eorúmque defenſoribus de traditione loqui tentaret, funditorum quidam ad dextrum cubitum lapide percutit. Et ille quidem propterea familiaribus ſuis circumſeptus eſt. Romanos autem ira ſimul ob regem, ſuíque metus ad obſidionem protinus incitauit: nullum Iudæos crudelitatis modum in alienigenas atque hoſtes prætermiſſum ire credentes, qui circa gentilem ſuum, & eorum quæ ipſis conducerent ſuaſorem, tam immanes fuiſſent. Aggeribus autem manus multitudine, operiſque conſuetudine citò perfectis, machinas applicabant. Chares autem & Ioſephus (namque ipſi erant oppidanorum potentiſſimi) armatos licet metu perculſos ordinauêre: & quanquam non diu obſidionem poſſe ſuſtinere arbitrabantur, quibus aqua itémque alia vſui neceſſaria non ſufficerent, adhortati tamen eos ad mœnia produxerunt. Et pauliſper quidem machinis aduenientibus repugnarunt. baliſtis autem tormentíſque perculſi, in oppidum receſſerunt. Itaque Romani tribus ex locis aggreſſi, murum arietibus quatiunt: & quà delectus fuerat, infuſi magno cum armorum ſtrepitu ac tubarum ſonitu, ipſi quoque inſuper vlulantes cum oppidanis confligebant. illi autem ad primos aditus interim pertinaces, Romanis ne vltrà progrederentur obſtabant. Cæterùm vi & multitudine ſuperati, vndique ad excelſa ciuitatis loca fugiunt. deinde reuertentes inſtantibus ſibi hoſtibus incumbunt: illóſque impingendo per decliuia, locorum difficultate & anguſtia depreſſos interficiebant. Romani autem cùm neque à vertice imminentibus repugnare, neque in partem aliquam euadere poſſent, pronos eos vrgentibus hoſtibus, in domos hoſtium planè contiguas refugiebant. ſed hæ repletæ labebantur, quod pondus ſuſtinere non poterant: vnáque deiecta multas inferiores, itémque illæ alias deturbabant. Ea res plurimos Romanorum morte conſumpſit. incerti enim

A τειχίζων ὁ ἰώσηπος ἐποίησεν ὀχυρωτέραν, ὑπονόμοις τε καὶ διώρυξιν. οἱ δ' ἐν αὐτῇ, φύσει μὲν τὰ χωρία θαρραλεώτεροι τῶν ἰωταπατηνῶν ἦσαν. πολὺ δ' ἐλάττους μάχιμοι, καὶ τῷ τόπῳ πεποιθότες, οὐδὲ πλείονας ὑπελάμβανον. πεπλήρωτο γὰρ ἡ πόλις διὰ τὴν ὀχυρότητα συμφυγόντων, παρὰ μὲν τοῖς ὑπ' ἀρίστων προπεμφθεῖσιν διὰ τὴν πολιορκίαν, αἰτήσαντος διὰ μιᾶς ἐπιστολῆς ἑβδομήκοντα μὲν ἱππέας, δισχιλίους δὲ ὁπλίτας, εἶτα διὰ τὸ πλῆθος ἀφικνεῖται πρὸς γάμαλα. καὶ πᾶσαν μὲν κυκλώσασθαι φυλακὴν τὴν πόλιν οὐχ οἷόν τε διὰ τὸ ὄρος ἐξηκριβωμένην. πρὸς δὲ τοῖς δυνατοῖς, φρουρεῖν καθίσησι, καὶ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος καταλαμβάνειν. τείχη δὲ ὑψίων ἦν ἔτι τὰ τῆς ἐπὶ τὸ ἑῷον τραπέζης, χωμάτων ἤρχετο κατ' οὐρὰν. καὶ τὸ μὲν κατ' αἰατολὰς αὐτῆς μέρος, ὅπερ ὁ αὐτοκράτωρ πόλεως πυργὸς ἦν, ἐφ' οὗ τὸ πέμπτον καὶ δέκατον ἑστρατοπέδευκει τάγμα. καὶ τὸ πέμπτον μέν, καὶ μέσην ἐξειργάζετο τὴν πόλιν, τὰς διώρυγας δὲ αὐτὴν ἔρυμα, καὶ τὰς φάραγγας τὸ δέκατον. καὶ τούτῳ προσελθόντα τοῖς τείχεσιν ἀρίστεια τὰ βασιλέα, καὶ δεῖ φθόγγου σεως τοὺς ἐφεστῶτας πειρώμενον διαλέγεσθαι, βάλλει τις τῆς σφενδόνης, καὶ τὸν δεξιὸν αἰκίζεται λίθῳ. ὁ δὲ ὑπὸ τῆς οἰκείων θεραπείας ἀπεκομίζετο. ῥωμαίους δ' ἐπῆρεν εἰς τὴν πολιορκίαν, ὀργὴ τε περὶ τὸ βασιλέως, καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν δέος. οὐ γὰρ ἀπολείψειν μήτοτε τὰς ἐπιβολὰς κατ' ἀλλοφύλων καὶ πολεμίων, τοὺς πρὸς ὁμόφυλον καὶ τῆς συμφορᾶς αὐτοὺς συμβουλον οὔσης ἀμείνω δέοντας.

Κεφ. γ. Γενομένων δὲ τῶν χωμάτων τοῦ τε πλήθους ἀκμαίου, καὶ τῶν περὶ τὸ χάρητα, καὶ ἰώσηπον, ἕτοιμα ἦν τῇ καὶ τὴν πόλιν δυνατὸν ἦν, καὶ παρεκπεπληγότας τοὺς ὁπλίτας τούτους, ἐπειδὴ μέχρι πολλοῦ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀνθίστη οὐχ ὑπελάμβανον, ὕδατι καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις μὴ διαρκούμενον. θαρραλεώτερον δὲ ὅμως, ἐξήεσαν ἐπὶ τὸ τεῖχος. καὶ πρὸς ὀλίγον μὲν ἀπεμύναντο τοὺς προσιόντας τοῖς μηχαναῖς. καλλόμενοι δὲ τοῖς καταπελτικοῖς, καὶ τοῖς πετροβόλοις, ἀνεχώρουν εἰς τὴν πόλιν. καὶ προσιόντες οἱ ῥωμαῖοι ἔξωθεν τοὺς κύκλους, ἔθρασύνοντο μὲν τὸ τεῖχος, ὡς δὲ τῆς ῥιφέντων ἐκχεόμενοι, μετὰ πολλοῦ σαλπίγγων ἤχου, καὶ κτύπου τῶν ὅπλων, αὐτοί τε ἐναλαλάζοντες συνερρήγνυντο τοῖς κατὰ τὴν πόλιν. οἱ δὲ τὰς μὲν κατὰ τὰς ῥώτας εἰσόδους ἐπικαθήμενοι, προσιόντων χωρὶς ἐκώλυον, καὶ κατέβαλλον τοὺς ῥωμαίους ἀθρόον. βιαζόμενοί τε ὑπὸ πολλῶν, καὶ κτύπου δεινοῦ ξενιόντων, καὶ πρὸς τὰ ὑψηλὰ τῆς πόλεως προσκειμένοις τοῖς πολεμίοις ἐξ ὑποστροφῆς ὑπισχνοῦντες, συμπίπτουσιν εἰς τὸ κάτωντες, καὶ τῇ συνόδῳ καὶ δυσχωρίᾳ θλασμένους ἀπήεσαν. οἱ δὲ μήτε τοὺς κατὰ κορυφὴν ἀμύνασθαι δυνάμενοι, μήτε ἀναπαῆναι τῆς φορτίου προσιόντας βιαζομένων, ὑπὸ τὰς οἰκίας τῆς πολεμίων, προσήγοντο δῆσαν, αἱ ἐφθίνον. αἱ δὲ ταχέως κατερείποντο πλησθεῖσαι, καὶ τὸ βάρος μὴ ὑπενεγκοῦσαι. κατίσχε δὲ πολλὰ μία τῶν ὑπ' αὐτὰ πεσοῦσα, καὶ πάλιν ἑτέρας τὰς ὑπ' αὐτάς. τοῦτο πλείστους διέφθειρε τῆς ῥωμαίων, ὑπὸ δὲ ἀμηχα-

ἀμηχανίας καὶ τὰ συνεζυσμένα ἐραίνοντες, ἐπεπήδων ταῖς στέγαις, καὶ πολλοὶ μὲν καταχώννυντο τοῖς ἐρειπίοις. πολλοὶ δὲ ὑποφεύγοντες, μέρη τε σώματος καταλαμβάνοντο, πλείστους δὲ ὁ κονιορτὸς αἴρων ἀπήμφ. συμφορᾶν δὲ τοῦ τοιούτου γαμαλῆς ὑπελάμβανον, καὶ τῆς κατ' ὄφρας ἀμελουμένους βλάβης, ἐπέκειντο φεύγουσι τὰ τέγη τοῖς πολεμίοις ἀνωθοῦντες, καί τινα καὶ ἀναιδέστερον ἐκ τῶν ἑστώτων τοῖς πίπτουσιν ὑπερθεν βάλλοντες, ἔκτεινον. καὶ τὰ μὲν ἐρείπια, χερμάδων πλέον ἢ αὐτοῖς, οἰόμενον δὲ φαρέτρων οἱ τῶν πολεμίων νεκροί. ἐκδαπανῶντες γὰρ τὰ τῶν πεσόντων ξίφη, καὶ τῶν δυσθανατούντων ἐχρῶντο. πολλοὶ δὲ ἀποπίπτοντες ἤδη τῶν δωμάτων. ὄφρας αὐτοῖς βάλλοντες ἔθνησκον. ἢ δὲ οὐδὲ φαπόντων ἡ φυγὴ ῥᾴδιος. καὶ γὰρ ἄγνοια τῆς ὁδοῦ καὶ παχύτητα τοῦ κονιορτοῦ, ἀνδ' ἀλλήλους διαγινώσκοντες ἀπεπλανῶντο, καὶ περὶ ὄφρας ἔπιπτον. οἱ μὲν οὐδὲ μόλις εὑρόντες τὰς ἐξόδους, ἀνεχώρησαν ἐκ τοῦ πόλεως. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀεὶ παρεσομένων τοῖς πονουμένοις, δεινὸν γάρ τι πάθος αὐτὸν εἰσῆλθε καταφορμηθέντα ὁρᾶν τὰ περὶ τὴν στρατιὰν τὴν πόλιν, ἐπιλαθόμενον τοῦ κατ' αὐτὸν ἀσφαλοῦς ὀχυρώματος, λαθραίᾳ καὶ μικρᾷ τῶν πόλεως παρόδῳ ἐσθέντα μέσοις ἐκλειπεῖν κινδύνοις μετ' ὀλίγων παντελῶς. ἀτὰρ καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Τίτος τότε συμπαρῆν, πεμφθεὶς εἰς Συρίαν ἀποστολμένος. ἔδοξεν μὲν οὖν οὔτε ἀσφαλὲς, οὔτε πρέπον ἡγήσατο, μνησθεὶς δὲ τῆς ὑπὸ νεότητος αὐτῷ πεπονημένων, καὶ τῆς ἰδίας ἀρετῆς, ὥσπερ ἐνθουσιῶν ὀχυρώματος, συναπέζευξε μὲν τοῖς ἅμα αὐτῷ τέκνα σώσασθαι τὰς πανοπλίας. ἐνυφίστατο δὲ καὶ κορυφοῦν ὑπερβαίνοντα τὸν πόλεμον, ἕως μὲν ἀσφαλῆ πλῆθος, οὔτε βύθην ὑποπήξας, ἐπέμβε, μέχρι δαιμόνιον τὸ ἐκδάσηκε τῆς ψυχῆς συνοήσαντες οἱ πολέμιοι, τὰς ὁρμὰς ἐνέδοσαν. ἀπονωτέρων δὲ ἐκπεπειμένων, αὐτὸς ὑπὸ πόδα ἀνεχώρει, κατὰ μὴ δεινὸν εἴη ἔξω τοῦ τείχους ἐλθόντα. πλεῖστοι μὲν οὖν Ῥωμαίων καὶ ταύτῃ ἔπεσον τῷ μάχῃ, ἐν οἷς καὶ ὁ δεκάδαρχος ἐβούπορ, ἀνὴρ οὐ μόνον ἐφ' ἧς ἔπεσε ἐκδατάξεως, ἀλλὰ παντὸς καὶ ἐκ πολλοῦ γυναότατος φανείς, καὶ πλεῖστα κακὰ Ἰουδαίοις ἐργασάμενος. ἑκατοντάρχης δέ τις Γάλλος ὀνόματι, μετὰ στρατιώτου δίκα ἐκδειχθεὶς ἐν τῇ παραχῇ, κατέδυ μὲν εἴς τινος οἰκίαν. τὴν δὲ ἐν αὐτῇ ἐγκαλαλειμένων ἐκδὰ δεῖπνον ὅσα κακὰ τὴν Ῥωμαίων, ἢ φέρ' εἰπεῖν ὁ δεῖνα ἐβουλεύετο, κατασκασάμενος, ἐπ' αὐτούς τε, καὶ οἱ συνὼν αὐτῷ σύνεδροι, νύκτωρ ἐπανίσταται, καὶ πάντας ὑπνοῦντας, μετὰ τοῦ στρατιώτου εἰς τοὺς Ῥωμαίους ἐξαναστέζεται.

Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀθυμοῦσαν τὴν τῶν στρατιωτῶν διάνοιαν πάσχοντων, καὶ διότι τοσαύτης ἐνδαιμονίας τηλικαύτη συμφορᾶς κέκρηντο, τόγε μὲν πλέον αὐτὸς ἐμέμφετο τὴν τῶν στρατηγῶν μόνον τοῖς κινδύνοις ἐγκαταλιπεῖν, ὠφελεῖν δὲ τὰ κοινὰ φέρειν τοῖς στρατιώταις ἐκδοκίμαζε. δεῖν δὲ τὰ κοινὰ λίαν ἀνδρείως φέρειν, τὸν τοῦ πολέμου φύσιν ἐννοοῦντας, ὡς οὐδαμοῦ τὸ νικᾶν ἀναμωτὶ ἐκδείκνυται. ἢ δὲ παλίμπους τύχη ἐκδείκνυται. τοσαύτας μὲν τοι μυριάδας Ἰουδαίων ἀνῃρηκότας, αὐτοὺς ὀλίγῳ τῷ δαίμονι δεδωκέναι συμβολήν. εἰ δὲ ὥσπερ ἀπειρηκόλων τὸ λίαν ἐπιφρίσσειν τοῖς φοβεροῖς, οὕτως

quid facerent, quamuis subsidere tecta viderent, tamen eò conuolabant. atque ita multi quidem ruinis opprimebantur: non pauci verò subterfugientes, parte corporis mulctabantur. Plurimi autem puluere suffocati moriebantur. Sed ea Gamalenses pro se fieri existimabant: propriáque incommoda negligentes magis instabant: hostésque in sua tecta vrgendo compellebant. qui verò per angustos viarum cliuos cecidissent, eos telis desuper missis interficiebant. Et ruinæ quidem lapidum copiam, ferrum verò eis mortui hostes dabant. cæsorum enim gladios auferentes, his contra semineces vtebantur. Multi iam præcumbentibus tectis, semet inde proiiciendo moriebantur: tergáque dantibus ne fuga quidem facilis erat. viarum namque ignorantia, & caligine pulueris alius alium non agnoscétes perrabant, & circa se sternebantur. Sed illi quidem vix reperto exitu, ab oppido recesserunt. Vespasianus autem, qui laborantibus semper interfuit, læuissimo dolore perculsus, cùm super militem ruere ciuitatem videret, propriæ tuitionis oblitus, clàm paulatim superiore in oppido locum prehendit: ibique inter media pericula cum paucis omnino relinquitur. nec enim aderat tunc ei filius Titus, ad Mutianum pridem in Syriam missus. Et dare quidem terga, neque tutum neque honestum sibi putabat: rerum autem quas ab adolescentia gesserat, ac propriæ virtutis memoria, quasi Deo repletus, corpora sociorum atque arma condenlat, & cum his bellum vnà à vertice defluens sustinebat: & neque virorum neque telorum multitudinem formidans manebat, donec eius animi obstinationem hostes diuinam esse reputantes, impetum remiserunt. illis autem iam infirmius oppugnantibus, ipso pedem referens, non prius terga ostendit, quàm extra muros egressus est. Plurimi quidem Romani milites in ea pugna ceciderunt, & inter eos Ebutius decadarchus, vir non eo tantùm prælio quo periit, sed vbique antea fortissimus comprobatus, quíque plurimis malis Iudæos affecisset. In ea pugna centurio quidam nomine Gallus, cum decem militibus in quadam domo latuit. Eius autem habitatoribus dum cœnarent, quod in Romanos fuisset consilium populi sui, inter se fabulantibus, hoc audito (nam & ipse Syrus erat, & hi quos secum habebat) nocte illos aggreditur: omnibúsque mactatis ad Romanos saluus cum militibus euadit. Vespasianus autem mœrore exercitum aduersis casibus videns, quódque nullam interim tantam experti fuerant cladem: huiúsque rei magis eos pudere, quòd solum ducem in periculis reliquissent, consolandos putabat: de se quidem nihil dicens, ne quem vel initio culpasse videretur. Oportere autem inquiens, quæ communia essent fortiter ferre, naturam belli cogitantes, quódque nusquam eueniat sine cruore victoria, iterúmque habeat fortuna regressum. Multis tunc Iudæorum millibus interfectis, exiguam pro his stipem se inimicæ pependisse fortunæ. Atque, vt iactantium esse, nimis secundis rebus insolescere, ita esse

ignauorum, in offensionibus trepidare. velox enim est, inquit, in vtrunque mutatio: & ille vir fortis habetur, cuius sobrius erit animus in rebus quoque infeliciter gestis: vt idem scilicet maneat, rectis consiliis peccata corrigens. Quanquam ea, quæ nunc acciderunt, neque mollitia nostra, neque Iudæorum virtus effecit. nam & illis pugnæ melioris, & nobis deterioris, causa fuit difficultas locorum. Qua in re mirum quis reprehenderit alacritatis vestræ temeritatem. nam cùm hostes in excelsiora loca refugissent, manus continere debuistis, neque in summo vertice constituta sequi pericula: sed capta inferiori ciuitate, paulatim eos, qui refugerant, ad tutiorem vobis & stabilem pugnam reuocare. nunc autem immoderata festinatione vincendi, quàm id incautè fieret, non curastis. Inconsultus autem & furibundus impetus belli, à Romanis alienus est, qui cuncta ordine peritiáque perficimus, Barbarísque conueniens, & quo Iudæi maximè possidentur. Oportet igitur nos ad propriam virtutem recurrere: atque indignæ offensioni irasci potius quàm mœrere. Optimum autem quisq; de sua manu solatium quærat. ita enim fiet, vt & amissos vlciscamur, & in eos è quib. perempti sunt, vindicemus. Ipse autem, ita vt nũc feci, experiar æquè ac vos pugnando primus ad bella pergere, & nouissimus inde discedere. Ille quidem his dictis recreauit exercitum. At Gamalenses bene gesta re, paulisper animos erexêre: quæ nulla ratione, magna magnificéque prouenerat. mox autem reputantes ablatam sibi esse fœderis spem, quódque minimè possent effugere (iam enim victus eos defecerat) vehementer dolebant, animósque remiserant. Nec tamen quatenus valebant, salutem suam negligebant: sed tam disturbatas partes muri, qui erant fortissimi, quã integras, cæteri amplexi custodiebant: Romanis autem constituentibus aggeres, iterúmque tentantibus irruptionem, multi ex ciuitate per valles deuias, qua nulli custodes erant, & per cloacas diffugiebant: eos qui metu ne caperentur ibi remanserant, inopia consumebat. solis enim vndique alimenta, qui pugnare possent, congerebantur. Sed illi quidem in huiusmodi calamitatibus perdurabant.

CAP. II. Itaburius mons occupatur à Placido.

VEspasianus autem inter curas obsidionis, succisiuum opus aggreditur aduersus eos, qui montem Itaburium occupauerant, inter campum magnum & Scytopolim situm. cuius altitudo quidem x x x. stadiis consurgens, Septẽtrionali tractu inaccessa est. in vertice autem, xx. stadiorum planicies patet, tota muro circundata. Hunc autem tantum ambitum quadraginta diebus ædificauerat. Iosephus: & alias ei materias, & aquas suggerentibus locis inferioribus. solam enim incolæ pluuialem habebant. Magna igitur in eo multitudine congregata, Vespasianus Placidum cum sexcentis equitibus mittit. Huic autem subeundi quidem montis ratio nulla erat. multos autem fœderis ac veniæ spe hortabatur ad pacem: & desecédebant ad eum ipsi quoque insidias molientes. nam & Placidus eo studio mitissimè cùm his loquebatur, vt eos in planicie caperet: illíq; tanquam dictis obedientes, ad eũ veniebãt,

A αὐαίδρων, τὸ καταπίπτειν ἐν τοῖς πράγμασιν. ὀξεῖα γὰρ ἐν ἀμφοτέροις ἡ μεταβολή, καφεῖνος ἀρίστος, ὁ καὶ τοῖς δυστυχήμασι νήφων, ἵνα μὴ τὴν διάνοιαν ἀναπαλαίων τὰ σφάλματα. τὰ μὲν οὖν συμβεβηκότα τῶν, οὔτε μαλακίᾳ τινὶ ὑμῶν, οὔτε τῇ τῶν Ἰουδαίων ἀρετῇ γέγονεν. ἀλλὰ καὶ καίριος τὸ πλεονεκτῆσαι, καὶ τῷ δύσβατον ἡμῖν αὖπον ἡ δυσχωρία, καθ' ὃν ἄρα τὸν ὑμῶν μέμφεται τῆς ὁρμῆς τὸ ἀτημέλητον. ἀλαφρὸν γὰρ δεῖ τὰ ὑψηλὰ τῆς πολεμίων ἑαυτοὺς ὑποστέλλειν ἐχέμῳ, καὶ μὴ κατὰ καιροφυλακὴν ἑστάμενος τοῖς κινδυνώδεσι ἕπεσθαι. κρατοῦντας γ' ἂν κατὰ πόλεως, κατ' ὀλίγον προκαλεῖσθαι τοὺς ἀσφαλόμενος εἰς ἀσφαλῆ καὶ ἑδραίαν μάχην. νυνὶ δὲ ἀκρατῶς δεῖ τῷ νίκῃ ἐπενηνόμθοι, τῆς ἀσφαλείας ἠμελήσατε. τὸ δὲ ἀπρόϊσκεπτον ἐν πολέμῳ, καὶ τῆς ὁρμῆς μανιῶδες, ἡ παρὰ ῥωμαίοις, οὐ πάντα ἀμπειρίᾳ καὶ τάξει κατορθοῦμεν, ἀλλὰ βαρβαρικόν, καὶ ᾧ μάλιστα Ἰουδαῖοι κρατοῦσι. χρὴ τοίνυν δεῖ τὴν ἑαυτῶν ἀρετὴν ἀναλαμβάνειν, καὶ θυμοῦσθαι μᾶλλον, ἢ προσανθυμεῖν τῇ παρ' ἀξίαν πάσματι. ἕν ἑκάστῳ ἐκάστου ἐν ἰδίᾳ χειρὸς δεῖ ζητεῖσθαι τὸ θαμυδίαν. ὅτῳ γὰρ τοῖς ἀπολωλόσι μεμορήσεται, καὶ τοὺς ἀνῃρημένους ἀμυνεῖσθαι. πρέσσουσι γὰρ ἐγὼ καθάπερ νῦν δεῖ πάσης μάχης, προάγων τὸ ὑμῶν εἰς τοὺς πολεμίους, καὶ τελευταῖος ἀποχωρεῖν. ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα λέγων, τῷ στρατιὰ ἀνελάμβανεν. τοῖς γὰρ Γαμαλεῦσι, προὸς ὀλίγον μὲν θαῤῥῆσαι τῇ κατορθώματι παρέσῃ, τὸ θαλύσιος συμβαίη, καὶ μεγάλως. λογιζόμενοι δὲ ὕστερον ἀφῃρῆσθαι σφᾶς αὐτοὺς καὶ ἐλπίδα, τό τε μὴ δύνασθαι διαφεύγειν ἐνοῦντες, ἤδη γὰρ ἐπέλιπε τὰ πιτήδεια, δεινὰς ἀνεδύοντο, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἀπαυθάνεσαν. οὐ μὴν εἰς τὸ δυνατὸν ἠμέλησαν σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ διορρηχθέντα τὸ τείχους οἱ γυμνήτοι, καὶ τὰ μὴ ὄντα διερρόντες, ἐφύλασσον οἱ λοιποί. τῇ δὲ ῥωμαίων δεδραγκυῖαν τὰ κύματα, καὶ πάλιν ἀνειρομένων εἰσβολῆς, οἱ πολλοὶ διεδίδρασκον ἐκ τῆς πόλεως, κατά τε δυσβάτων φαράγγων, ἅπερ ἐκ ἔκειντο φυλακαί, καὶ διὰ τῶν ὑπονόμων. ὅσοι γὰρ μὴ δέᾳ λαφθῆναι, παρέμενον, ἐν ἐνδείᾳ ἀφθονίας ἦσαν. παντελῶς γὰρ τροφὴ τοῖς μαχουμένοις συναθροίζετο. καὶ οἱ μὲν, ὧν τοιούτοις πάθεσι διακαρτέρουν.

Ὅτι Οὐεσπασιανὸς ἦν παρὼν ἐποιεῖτο τὴν πολιορκίας, ἵνα τὸ ἰταβύριον καλούμενον ὄρος, ὃ ὄζει τῆς μεγάλου πεδίου καὶ Σκυθοπόλεως μέσον. ἔστι τὸ μὲν ὕψος δεῖ ἑβδομήκοντα σταδίους αἰείρει, μόλις προσβατὸν καὶ τὸ προσάρκτιον κλίμα. πεδίον δὲ ὄζει ἡ κορυφὴ σταδίων ἓξ καὶ εἴκοσι πᾶν τετειχισμένον. ἤγετο δὲ τοσοῦτον ὄντα τὸν περίβολον ὁ ἰώσηπος ἐν ἑβδομήκοντα ἡμέραις, τὰ τὰ ἄλλα χορηγούμενῳ ὕλῃ καὶ ὕδατι. καὶ γὰρ τοῖς ἐποίκοις μόνον ὗ ὄμβριον. πολλοῦ οὖν πλήθους δεῖ τούτῳ συνειλεγμένου, Οὐεσπασιανὸς πλάκιδον αὐτῶν ἑξακοσίοις πέμπει. τούτῳ τὸ μὲν προσελθεῖν ἀμήχανον ἦν, ἐλπὶ δὲ δίξιαν, καὶ προκλήσεως, προὸς εἰρηνεύειν τοὺς πολλοὺς προσκαλεῖτο. κατῆσαν δὲ αὐτεπαγγελλόμενοι. ὅτῳ γὰρ πλάκιδος ὡμίλει προὸς τοῦτον, ἀπελπίζων αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ λαβεῖν, καὶ κεῖνοι κατῆσαν ὡς πιθανοὶ δὴ ὄντι,

Kap.

B

C

D

E

F

G

ita

ἵνα ἀφυλάκτῳ τοσαυτόσων. ἐπὶ κα μὴν τοὺ πλακίδου παῦρον. ἀρξαμένων δὲ τῶν Ἰουδαίων μάχης, φυγὴν ὑποκρίνεσθαι, καὶ διώκοντας ἑλκύσαι ὅπη πολὺ τῆς παρόδου, τοὺς ἱππεῖς ὅπισθεν ἐμβαλεῖν. ξυλάμβανον δὲ, πλείστους μὲν αὐτῶν ἀναιρεῖ, τὸν δὲ λοιπὸν πλῆθος ὑποτυμπάνους, εἰργὰ δ' ἀπόδου. καὶ οἱ μὲν τὸ Ἰταβύριον καταλιπόντες, ὅπι ἱεροσολύμων ἔφυγον. οἱ δὲ ἐπιχώριοι πίστεις λαβόντες, ὅπλα λείπουσι, καὶ αὐτοῖς τὸ ὕδωρ, τότε δὴ καὶ σφᾶς αὐτοὺς πλακίδῳ παρέδοσαν.

Κεφ. ζ. ΤΩν δὲ ἐν Γαμάλοις, οἱ θρασυβολώτεροι μὲν φεύγοντες διέφθαρτο. οἱ δὲ ἀδυνατοι, διεφθείροντο λιμῷ. τὸ μέγιστον δὲ αὐτοῖς τῆ πολιορκία, μέχρι δυτέρας καὶ εἰκάδι μηνὸς Ἀπελλαίου, ξένοις τὸν τῶν πεμπτης καὶ δεκάτου τάγματος στρατιῶν ἐνδιδοῦσι φυλακὴν ὑποδύντες, τὸν προσόντα καὶ τέτοις πύργον ὑπορύξαντα ὑσυχῆ. τοῖς δὲ ἀμφὶ αὐτὸ φύλαξιν, ὥστε προσιόντων αἴθησις, νύξ γὰρ ἦν, οὔτε προσελθόντων ἐμάστο. ἦσθοντο δὲ οἱ στρατιῶται φεύγοντες τὸν φόφον, καὶ πάντες τὸν κεφαλαιοτάτους ἐκκυλίσαντες τὸν λίθων, ὑποπεσόντι. καταῤῥήγνυται δὲ ὁ πύργος ἐξαίφνης μετὰ μεγάλου φόβου καὶ συγκαταχρημένου. μὴν οἱ φύλακες αὐτοῦ, θορυβηθέντες δὲ οἱ καὶ τὰς ἄλλας φυλακὰς ἔφυγον, καὶ πολλοὺς διεκπαίσαντες πολεμίους οἱ ῥωμαῖοι διέφθειραν, ἐν οἷς καὶ Ἰώσηπον τὸν ὑποῤῥηγμένου τοῦ τείχους ἐκδιδράσκοντα βαλὼν ἀναιρεῖ. τὴν δ' ἀνὰ τὴν πόλιν δρομὴν θορυβουμένων ὑπὸ τοῦ φόβου, δρασμοί τε ἦν, καὶ πολλὴ, καθάπερ εἰκὸς ἦν, ὠκότων πάντων τὸ πολεμίων. εἴθα καὶ χάρης κατακείμενος, καὶ νοσηλεύόμενος ἐκλείπει, πολλοῦ δίους συνεργήσαντος εἰς θάνατον τῆ νόσῳ. ῥωμαῖοι γὰ μὲν, μεμνημένοι τὸ προτέρου πλήσματος οὐκ εἰσέβαλλον, ἕως ζῆτις καὶ εἰκάδος τὸ προφρημένου μηνός. ἦτος δὲ, ἤδη γὰ παρῆν, ὀργῆ τῶν πληγῶν ἐπὶ παρ' αὐτῶν ἐπληγησαν θανάτους ῥωμαῖοι, τὴν ἱππέων ὅπλίσεις διακοσίους πρὸς οἷς πέμποι, εἰσέρχεται εἰς τὴν πόλιν ἡσυχῆ. καὶ παρελθόντες οἱ μὲν φύλακες αἰθόμενοι μετὰ βοῆς ἐχάρην ὅτι τὰ ὅπλα. ἄλλης δὲ τ' εἰσβολῆς ταχέως καὶ τοῖς ἔσω γνωμένης, οἱ μὲν ἁρπάζοντες τὰ τέκνα, καὶ τὰς γυναῖκας ὅπισθεύόμενοι, πρὸς τὴν ἄνεσιν αὐτόφυγον, μετὰ κωκυτῆ καὶ βοῆς. οἱ δὲ τὸν πόνον ὑπανπάζοντες, ἀδιαλείπτως ἔπιπτον. ὅσοι δὲ ἀπεκαλύφθησαν ὅπι τὴν κορυφὴν αἰσθημείῳ, ὑπ' ἀμηχανίας εἰς τὰς τῶν ῥωμαίων φερομένας ἐξέπιπτον. ἄπειρος δὲ ἦν πανταχῆ φονευόμενων ὁ σόρος, καὶ τὸ αἷμα πᾶσαν ἐπέκλυζε τὴν πόλιν καὶ πρανοῖς χόμενον. πρὸς δὲ τοὺς ἀναφεύγοντας εἰς τὴν ἄνεσιν, ἐπεκόνθει οὐπασιανὸς, πᾶσαν εἰσαγαγὼν τὴν δύναμιν. ἦν δὲ ἦτε κορυφὴ πάντοθεν πρόωθες καὶ δύσβατος εἰς ἄπειρον ὕψος ἐπηρμένη, καὶ πανταχόθεν τῶν βάθους κατάγαμον, θαυμασιμένη πρημνοῖς, κατάπτωσιν τε ἐπαὐθα τοὺς προβαίνοντας οἱ Ἰουδαῖοι, τοῖς τε ἄλλοις βέλεσι, καὶ πέτραις κατακυλινδοῦντες ἐκάκων. αὐτοὶ δὲ ὑψοῦ, ἦσαν δυσάφικτοι βέλεσι. γένος δὲ πρὸς ἀπόλυσιν αὐτῶν αὐτερὺ θύελλα δ' αἰθέριος, ἣ τὰ ῥωμαίων φέρουσα εἰς αὐτοὺς βέλη, τὰ δὲ αὐτῶν ἀπέκρυπτε, καὶ πλάγια παρέσυρεν. οὔτε δὲ τοῖς ὑποκρήμνοις ἐφίστασθαι δυνατὸν βίαν ἐδωάστο τῶ πνεύματος μηδὲν ἐμφαῖον ἔχοντες, οὔτε τοὺς προσβαίνοντας καθορᾶν. ἐπαναβαίνουσι δὲ

A vt incautum aggrederentur. Vicit tamen astutia Placidi. cœpto enim à Iudæis prælio, assimulat fugam: & postquam insequentes ad magnam partem campi pellexit, reflectit in eos equitum manus: plurimísque in terga versis, aliquos interfecit. semotam verò multitudinem cæteram, ab ascensu prohibet. Itaque alij quidem Itaburio relicto, in Hierosolymam refugiebant. indigenæ autem fide accepta, quod eis aqua defecerat: & se, & montem Placido tradiderunt.

B

CAPVT II. Excidiū Gamalæ.

APud Gamalam verò degentium audacissimi quique fuga dispersi latebant, imbelles autem fame corrumpebantur. At verò pugnantium manus obsidionem sustinebat, donec euenit secundo & vigesimo die mensis Octobris, vt tres ex decimaquinta legione milites, circa matutinas vigilias editissimam præ cæteris turrim, quæ in sua parte fuerat, subirent, eámque occultè suffoderent: cùm appositi ei custodes neque adeuntes eos (nox enim erat) nec postquam adiêre, sensissent. Iidem autem milites, cauendo ne strepitus fieret, quinque faxis durissimis euolutis resiliunt: subitóque turris cum magno fragore decidit, vnáque custodes præcipitantur. At verò qui per alias custodias erant, perturbati fugiebant: multósque euadere ausos peremêre Romani: inter quos etiam Iosephum, super dirutam muri partem quidam iaculo percussum, interfecit. Intus autem in ciuitate degentibus, sono concussis, multus erat pauor atque discursus, tanquam omnes essent hostes ingressi. Túncque Chares ęgrotus & iacens defecit, cùm timoris magnitudo morbum eius plurimum iuuisset ad mortem. Romani tamen prioris cladis memores, vsque ad vigesimam & tertiam diem supradicti mensis oppidum non sunt ingressi. Titus autem (iam enim aderat) indignatione vulneris, quòd Romanos se absente perculerat, ducentis equitibus præter pedites lectis, otiosè in ciuitatem introiuit. eóque prætergresso, vigiles quidem vbi sensérût, ad arma cum clamore properabant. cognito autem intus cõstituti eius ingressu, alij raptis liberis, trahentes etiam coniuges, cum vlulatu & exclamationib. in arcem refugiebant: alij Tito occurrentes, sine intermissione trucidabantur: qui verò prohibiti essent in arcẽ recurrere, nescij quid facerent, Romanorum præsidiis incidebant. vbique autem infinitus erat morientium gemitus: pérq; prona loca effusus cruor, totum oppidum diluebat. In eos autem, qui arcem occupauerant, omnem Vespasianus induxit exercitum. Erat autem saxosus & accessu difficilimus vertex, in immensum editus, & vndique circum rupiũ multitudine præceps: vnde Romanos ad se adeuntes partim telis partim saxis denolutis arcebant Iudęi, cùm ipsos in excelsõ loco positos nullæ sagittæ contingerent. Verùm ad eorum interitum diuino munere quodam, turbo exoritur, Romanorum quidem tela in eos ferens, ipsorum autem à Romanis repellens, & obliqua traducens: vt neque in præruptis consistere propter violentiã status posset, cùm nihil esset immobile, neque hostes ad se accedentes videre. Itaq; supergressi

C

D

E

F

G

Romani, eos circumueniunt: alios quidem repugnantes antecapiebant, alios manus dantes. in omnes autem vehementiùs fœuiebant, illorum memoria quos in primo aggressu perdiderant. Multi autem vndique circumclusi, desperatione salutis, filios & coniuges & semet ipsos in vallem præcipites dabant, quæ sub arce in profundum patebat. Euenit autem, vt ipsorum in se, qui capti fuerant, immanitate lenior existeret iracundia Romanorum. ab his enim quatuor millia peremptа sunt: qui verò se præcipitauerunt, quinque millia sunt reperti. Neque quisquam, præter duas mulieres saluus euasit. quæ sorores erant, Philippi filiæ: qui Philippus Iachimo genitus erat, insigni viro, & qui sub Agrippa rege dux exercitus fuerat. seruatæ sunt autem, quòd excidij tempore Romanorum impetum latuêre. nec enim vel infantibus pepercêre, quorum multos singuli raptos ex arce proiiciebant. Gamala quidem hoc modo excisa est, tertio & vigesimo die mensis Octobris: quæ vigesimo & primo die mensis Septembris cœperat rebellare.

CAP. IIII. Giscala à Tito capitur.

